LEXICON

NOVVM IVRIS CIVI-
lis ſingulari arte & ordine col-
lectum, ex quinquaginta Di-
geſtorum ſeu pādectarum
libris D. Iuſtiniani ſacra
tiſs. Principis non ſo-
lum Iuris Ciuilis candidatis, verū etiā
omnibus linguæ Latinę profeſſoribus
ſummopere neceſſarium, per F. Iamme
tium Textorē. Nūc
primum typis
excuſum.

Pariſiis, apud Michaelem Vaſcoſa-
num, In via S. Iacobi, ſub ſigno Fōtis.

M. D. XXXIIII.

¶Nomina prudentium ex quorum libris hoc Lexicon compositum est & concinnatum.

AElius.
Africanus.
Alphenus.
Arcadius.
Caius.
Callistratus.
Celsus.
Claudius.
Florentinus.
Furius.
Hermogenianus.
Iabolenus.
Iulianus.
Labeo.
Macer.
Mætianus.
Marcellus.
Martianus.
Menander.
Modestinus.
Mutius.
Papinianus.
Paulus.
Pomponius.
Proculus.
Sabinus.
Scæuola.
Terentius Clemēs
Triphonius.
Valens.
Venuleius.
Vlpianus.

¶INCLITISSIMO ET CLARISSIMO VIcecomiti Turonio Domino Baroni Mōtisgasconii, Croetii, Olliergarum, Bezolii, Seriussati, Francisco De Turre Bonæ indolis adolescenti Domino suo, Frāciscus Iammetius Textor salutem plurimam dicit.

CVm legū immēsum sit pelagus Vicecomes generosissime, & sępe legētibus nō modo rerū, uerū & uerborū significationes min⁹ familiares occurrāt, interlegendū quinquaginta libros Pādectarū, uisum fuit, quasi in fasciculū (quod Lexicō iur. ciuilis dicetur) omnes uoces, quas interpretati sūt iuriscōsulti & eloquētissimi & prudētissimi, colligere. Eas aūt nō solū tirūculis, sed prouectis etiā, ut mea fert sētētia, perutiles & iucūdas (iuris enim ciuilis fundamēta putamus) tuę nobilitati nūcupamus. Nā quāti te faciā ppetuoq; fecerim, quāti a me semp lauderis mihi ipsi, ut tu intelligas, testis sum. Tuę enim ætati, perinde ac liliū, flagrāti, quę Clariss. patris tui, cuius fatis inuidētibus defuncti uices maxime doleo, cū insignia gesta, tū uirtutes omnes redolet & spirat, plurimū gratulor. Illa profecto animū meū nō mediocriter delectat, in qua amo, plurimiq; facio felicitatē tuā. Nā tibi cōtigit Auia materna, quę illā foueret, benigne lactaret, prudētia tueretur Antonia Polloniaca Domina Mōtisgasconii, tū animi, tū etiā ingenii atq; cōsilii magnitudine. Nihil aūt tuis moribus formādis magnificēti⁹, nihil pclarius, nihil unq̄ salubrius dari potuisset. Quid est em̄ (mihi crede) uirtute nobilius, claris institutis elegātius, uita integra laudabili⁹? Quid porro est discriminis int hominē pulcherrimis uirtutib⁹ ornatū, & hominē omni uitiorū genere nō tantū refertū, sed & omnino oppssū? expedite respōdebim⁹, quod int uitā & mortē. Qui quidē suis deliciis explent cū brutis animātib⁹ uitam habēt cōmunē, quæ potius mors, quā uita appellāda est. Nam uoluptas, si Platoni omniū philosophorū doctissimo credam⁹, omniū malorū esca est, & mat. Huiusmodi igit homines cū suo sensu ducātur, omnia recta subuertētes, pro corporis & animi salute, sibi parant sordes, scelus & peccatū, cum quibus turpissime intereunt, ac uitæ suæ miserrimæ mercedem mortem æternam referunt. Qui uero, ut Aquila solem ita animi sui lucem cernunt & spectant, quam donat uera philosophia: eos uero uirorum appellatione dignos arbitror, quoniam moribus sanctissimis uitam suam instituūt,

Mirifice enim capiuntur nō ludis, facetijs nō honestis, sed rebus quæ ad rē suā faciant, quæ citra periculum aliquo bene uiuēdi tempore, quales sint in futurum ostendant. Id ea quidē re summam adhibent diligentiam, qua, ut quasi aurum igne, sic animus integer perspici possit, penes quos est omnis bene uiuendi potestas, nihil quod timeant, uident, nisi quæ homines inescant, & fallunt. Sic igitur sibi ita student, non tantum ab hominibus malis, ut segregentur, uerum etiam suauiter ueręq; ut uiuant, in quo non sciunt modo, sed præuident etiam perinde ac si adesset, quid beatitudinis sint cōsecuturi. Nihil autem dubito Vicecomes Nobiliss. quū in eorū numero Clarissimus Pater tuus pro rep. cōmuni luce priuatus uixerit, uiuat, uicturusq; sit (in quo tuæ fortunæ felicis melior pars collocatur) qui uon uiam latam, sed angustam uirtutis est cō secutus. Nam non magis a uoluptate affectus est, quam Hercules ille Xenophontis, quā Virgilianus AEneas, quā Homericus Vlysses. In bello semp strenuus, in castris semp castus & durus, domi uero, si nō dissolutus, ita nec lasciuus unquam uisus est, imo illud ipsum perpetuo cogitans quod apud Maronē est. Discite iustitiam moniti & nō temnere diuos. Quis porrò nostro seculo inter uiros nobiles fortissimi atq; innocēsimi copiam dedit illustriorē? Quis ut cū hoste conflictaret fuit diligētior? quis in re militari, hoc uno homine expertior fuit? nō tantū hominū qui nunc uiuūt, nomē & gloriā, sed etiā antiquā uirtutē proxime imitatus est. Hæc enim est mea sententia, in eo fuisse quę solēt dari duci magno, sciētia militaris, fortitudo, authoritas, felicitas. Eū qdē suo exercitui rex noster Christianiss. nō dedignatus est pficere. Primū testes sūt Hatrebates, Heluetijq;: deinde neapolitana regio testatur, quā etiā mille periculis munitā suo cōsilio & fortitudine regi nostro per aliquot annos liberauit, Angli etiā hoc nō negarēt, Hispani quoq; inficias ire nō uellēt, imo admirabantur & pertimescebāt. Sciebāt autē nō inferiorē Fabio Maximo qui cunctādo uincebat, non minorē Cn. Pōpeio, quo duce optimo usa est tota Italia, non imparem Scipione qui Carthaginē, Numātiāq; deleuit. Hoc breuissime dicam: ut facilius studeas imitari, nihil esse aut laudandū, aut cōmemorandum quantū pertinet ad reip. nostræ negocia, quod si nō infeliciter, non tamen minori authoritate gesserit, cōsilijs regis intimus. Sæpe enim legatione functus est, apud Venetos, sępe

quid debet scire dux magnus

apud summũ Põtificẽ sæpe apud Anglos,& nouissime,apud Hispanos. Ad quos autem proficisci,cũ graui morbo affectus atq; afflictus esset,pluris faciẽs remp. quam corporis salutẽ, nõ recusauit,quo minus,uel in extremo spiritu,si quã opem reip.afferre posset,periculum faceret.Nam nõ itineris lõgitudo,non uiarum asperitas non morbus ingrauescẽs remoratus est.Sed forti nõ fractoq; animo illuc peruenit,quo missus erat,dei beneficio morbo liberatus,ea prudentia & animi moderatione suum munus ita curauit,ut nõ solũ uiuis nobis, sed & nepotibus nostris cum Hispanis pacem conciliauit.Nã illic summo honore(Hispani enim regẽ credebant,quẽ uultus referebat)nuptias regias tractauit,cõposuit,perfecit,honestissimũ pacis uinculũ,cuius,ut ait Cicero,nomẽ dulce est, res uero ipsa cũ iucunda,tum salutaris.Cui unquam in legatione honos iustior habitus est?in nullo profecto,quã in Nobiliss.Domino uicecomite patre tuo reperies, nõ in Seruio Sulpitio,nõ in Marco Iunio,non in Marco Cicerone. Hunc igitur tot cõmodis acceptis,magnates lugeant,huius mortẽ immaturã magistratus plorent,huius etiã uices ciues omnes doleãt, summo deniq; mœrore lachrymẽt agricolę,plebeiiq; homines.Hoc de eo uere dicam,Galliam nostrã suo parente orbatã esse, faxit Iesus Op. Max,sui laboris mercede in cœlis eum frui.Quorsum tandem hæc oratio?ne putes aliquid tibi deesse Vicecomes Clarissime,nimirũ q ex tali patre natus sis,cuius uitã integerrimã,si imitari cupis,a teneris ut aiũt unguiculis,instituet,formabit,ac docebit,idq; si in re militari,ita in uirtute,moribusq; integerrimis.Hoc igitur uno patris exemplo,non paulo beatior es,quam si ex quocũq; rege natus fuisses.Illam si agnoscis felicitatẽ deo op.max. autori ascribas,ac summo labore niti debes ne euanescat.Sed ut finẽ faciã,hos meos labores,quos tuæ nobilitati dicauimus sic tua clemẽtia & benignitate tractabis,ut tibi placuisse cognoscã. Anno domini.M.D.XXXIIII. Decimo sexto cal. Aprilis.

Lutetię in ædibus diuæ Genouefes.Viue & uale felix illustrissime uicecomes.

¶FRANCISCI IAMMETII TEXtoris Lexicon iuris ciuilis,ex quinquaginta digestorum,seu pandectarum libris,domini Iustiniani sacratissimi principis,in lucem prodijt.

A.

De gradibus adfinitatis.L.Sexto.Caius.

ABamita,abaui soror.

L.Iurisconsultus.Paulus.

Abauus est proaui paterni,aut materni pater, aut proauiæ paternæ, aut maternæ pater.

L.Sexto.Caius.

Abauunculus,abauiæ frater.

L.Iurisconsultus.Paulus.

Abauia est proaui paterni,aut materni, item proauiæ paternæ,aut maternæ mater.

De iniurijs & famosis libellis.L. Itē apud.Vlpianus

Abduxisse uidetur(ut Labeo ait)non qui abducere comitē cœperit,sed q perfecerit,ut comes,cū ea nō esset. Abduxisse aūt non tantū is uidetur,qui p uim abduxit uerū is quoque,qui persuasit comiti ut eam desereret.

De uerborum significatione.L.Collegarum Vlpianus.

Abest) Qui extra continentia urbis est,abest.Cæterū usq; ad continentia non abesse uidebitur.

De damno infecto,& suggundis.L.Paulus.

Abesse autem uidetur,& qui in iure non est, quod & Pomponius probat.

De fideicommissarijs libertatibus.L. Si eum seruum.Vlpianus.

Abesse) Ex iusta caussa abesse,eos demum dicendum est,qui non habent iniustam caussam absentiæ,cū sufficiat,quod non in fraudem libertatis absint,quo magis uideantur ex iusta caussa abesse.

L.Non tantum.Martianus.

Abesse autem is intelligitur, qui a tribunali abest.
De uerborũ significatione. L. Mulieris. Caius.

Abest, & ea res, quæ in rebus humanis non est.
L. Absentem Vlpianus.

Abesse non uidetur, qui ab hostibus captus est, sed qui a latronibus detinetur.
Ex quibus caussis maiores in integrum restituantur. L. Abesse. Modestinus.

Abesse reipublicæ caussa intelligitur & is qui ab urbe profectus est, licet nondum prouinciam excesserit, sed & is qui excessit, donec in urbem reuertatur.
Ad. L. Iuliã peculatus. L. Sciendum. Vlpianus.

Abesse) Aliud est abesse, aliud in fuga esse.
De prætorijs stipulationibus. L. Nouissima. Venuleius.

Absuturum, uerbum plenissimum est, & ad omne tẽpus refertur.
De instrumento, uel instrumento legato. L. Cum de. Paulus.

Ahenum) Nec multũ refert, inter Cacabos, & Ahenum, quod supra focum pendet, hic aqua ad potandũ calefit, in illis pulpamentum coquitur.
De abigeis. L. i. Vlpianus.

Abigei proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, uel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprędãtur & abigendi studium, quasi artem exercent, equos de armentis, uel oues de gregibus abducentes. Cæterum si quis bouem aberrantem, uel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed potius fur.
De gradibus adfinitatis. L. Sexto. Caius.

Abmatertera, abauiæ soror.
L. Iurisconsultus. Paulus.

Abnepos, abneptis, hi sunt pronepotis proneptisúe filius, filia.

L.Sexto.Caius.

Abpatruus, abaui frater.

De uerborum significatione.L.Derogatur. Modestinus.

Abrogatur legi, cum prorsus tollitur.

L.Absentem.Vlpianus.

Absentem accipere debemus eũ, qui non est in eo loco in quo petitur. Non enim trans mare absẽtem desideramus, sed si forte extra cõtinẽtia urbis sit, abest. Cæterum usq; ad continentia non abesse uidet̃, si nõ latitet.

Quando appellandum sit & intra quæ tempora.L.i.Vlpianus.

Absentem posse prouocare ex quo scit: Sic accipimus, si non in caussa per procuratorem defensus est. Nam si ille non prouocauit, difficile est, ut hic audiatur.

De acceptilatione.L.i.Modestinus.

Acceptilatio, est liberatio per mutuã interrogationẽ, qua utriusq; contingit ab eodem nexu absolutio.

L.An inutilis.Vlpianus.

Acceptũ fieri non potest, nisi quod uerbis obligatũ est

L.An inutilis.Vlpianus.

Acceptilatio uerborum obligationẽ tollit, qa & uerbis fit, Non eñ potest uerbis tolli, quod non uerbis contractum est.

L.Si accepto.Vlpianus.

Acceptilatio) Inter Acceptilationẽ & Apochã hoc interest, Quòd acceptilatione omni modo liberatio cõtingit, Licet pecunia soluta non sit, Apocha non aliâs, quam si pecunia soluta sit.

De operis libertorum.L.Qui cum.Vlpianus

Accusasse autem eum dicimus, qui crimina obiecit, & caussam procuratori usq; ad sententiam effecit. Cęterũ si ante quieuit non accusauit.

De actionibus & obligationibus.L.Actionis Vlpianus.

nundines,itinera,littora maris,locáque ciuitatis,& id genus alia eam cōditionem induxerunt,ut sine omniū consensu mutuáq; totius populi beneuolentia,aut alienari,aut in quopiam iure detrahi nō possint.Proinde si quid delatum fuerit in locum publicum, quo omnibus iter habetur,ut non sit cuique liberum transeundi,hāc actionem locum habere dicendum est.Ob eam caussam tantam authoritatem hoc iudicium est consecutum, ut quantum ex sua re populus damnum datum,aut factum senserit,tantum ab eo,qui id intulerit,emolumenti consequatur.Quod esse cōstitutum summa utilitate nemo negabit.Nam plus laudis in rebus ciuilibus tuendis habetur,quàm in nostris,quæ solum ad priuatos homines referuntur.

Lex secunda Paulus.

Si plures simul agant populari actione:Prætor eliget idoneorem.

Interpretatio.

IN secundo capite Paulus duo proposuisse suis uerbis profitetur,Quæ sunt in presentiarum a nobis pro nostri ingenij uiribus tractanda: ne post hac quicquam hæsitemus.Vnum est in uerbo, plures hac actione.Alterum,prætor eliget idoneorē. Imprimis illud sic erit interpretandum,In quot hominibus pluralis pronūtiatio in iure ciuili haberi possit.Vlpianus ait sub titulo De testibus.Vbi numerus testium nō adducitur etiam duo sufficiūt.Pluralis enim locutio,duorum numero contenta est.Etiam sub titulo De optione uel electione legata,in lege prima,testatur tres numerum pluralem facere his uerbis. Diuus pius Celso Proculo rescripsit,eum cui seruorum legata sit electio tres posse eligere.Sed citra controuersiam magis erit duos sufficere,ut plures agant.Cum sit recurrēdum ad principium iam positum.Pluralem locutionem duorum numero contentam esse.Iabolenus enim ait libro

primo ex posterioribus Labeonis in capite, inſ illam, ſub titulo De uerborum significatione. Ita data conditione illud facito in diebus, ſi nihil præterea fuiſſet adiectum in biduo conditionem impleri oportet. Quare his authoribus citatis, ut huius cauſſæ uerum iter demõſtremus, Quoties duo aut plures duobus coram prætore ſtabunt, reuera de illis poterit, comparatione habita, ſententiam ferre. Vt tãdem omnes cognoſcãt eum, qui in iudicio audiendus erit. Nunc pergamus ad alterum, qua ratione? quo iudicio? quibus coniecturis? prætor iudex æquitatis, ex duobus alterum, aut ex pluribus partem unam ad agendum digniorem iudicabit. In quo labor eſt immenſus, ſi ſui muneris præclaram laudem expectauerit, Ipſe autem non debet ſuę tantum niti prudentiæ. Sed multorum conſilijs & legum prudentia inter ipſos actores ſine ullo fauore & gratia ſuum iudicium componat. Quemadmodum Vlpianus ſub titulo De accuſationibus & inſcriptionibus in capite, ſi plures, præſcribit, hoc uerborum contextu. Si plures exiſtant, qui eundem publici iudicij accuſare uolunt: iudex eligere debet eum, qui accuſet, cauſſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, uel de dignitate, uel de moribus, uel alia iuſta cauſſa. Ad quã Vlpiani ſententiã, quantũ coniectura ducor, ueniunt omnium perſonarum, locorum, & temporis conditiones ad amuſſim, & quaſi ad libram examinandæ. Vt hinc aliæ perſonæ hanc actionem popularem per eum obtineant, Aliæ uero omnino iurè lata ſententia, aduerſus legum authoritatem egiſſe dicantur.

Lex tertia Vlpianus.

Sed ſi ex eadem cauſſa ſæpius agatur, cum idem factũ ſit: exceptio uulgaris rei iudicatæ opponitur.

TErtij autem capitis primus uersus hunc sensum habere uidetur. Si quis iustas caussas habuerit, cur sibi iudicium de rebus publicis fuerit suscipiendum: Vt suum emolumentum defenderet: Iudex, modo eius caussam cognouerit, illi copiam faciet, uel rem suam peragere, uel, si uelit, procuratorem dare, qui defendat, aut agat mandato domini. Deinde alius eandem litem suscipiens, de qua semel lata est sententia, cum res iudicata, iterum non erit iudicanda, non audietur. Sed sine ulla mora, quemadmodum leges iusserunt, repulsam exceptionis rei iudicatæ patietur. Nam ut æquum est, neminem duobus iudicijs ob unum, idemque factum damnari, sic obseruandum, ne quis de eadem re commodum duplex consequatur. Dolo autem faceret, qui petit id, de quo esset rationem redditurus, ut eleganter tractat Iulianus in capite, in condemnatione, sub titulo De diuersis regulis iuris antiqui. In his enim actionibus, de quibus fit mentio, cum semel iusiurandum exactum est, aduersus alios profuerit: modo non alienum sit à bona fide, qua sine ullo dubio cæteris ad agendum nullus locus relinquitur. Nisi, ut scribit Paulus in capite, eum qui iurauit, sub titulo De iureiurando, per collusionem actum fuerit. Tunc enim, ut ex nostro themate licet deducere, alijs sine aliquo impedimento uia ad agendum pateret. Quoniã hac exceptione uulgari rei iudicatæ nec submouerentur. Cæterum, ut finem faciamus in hac parte, cum sit notum etiam ipsis tonsoribus, quid eadem caussa, & quid idem factum, uisum fuit, ut nostro officio non uacaremus, dicere. Quid exceptio rei uulgaris, Recte, ut mea fert opinio, definietur, ius demum

esse, quo utimur uulgo. Quoties eadem quæstio inter easdem personas reuocatur. ut respondit Iulianus libro tertio digestorum. Nam, si quis singulis rebus petitis, rem hæreditariam persequi optaret, uel contrà: hac exceptione citra controuersiam submouendus esset.

Paragraphus.

In popularibus actionibus is, cuius interest, præfertur

Interpretatio.

SI plures hac actione iudicium susceperint, diligentia quidem iudicis fiet, ut is, cuius iactura, & incommodum apparebit, cæteris præferatur. Quemadmodum uidere est, in sepulchri uiolati actione quæ datur ei, ad quem res pertinet quo cessante, si alius egerit (quamuis reipublicæ caussa abfuerit dominus) non debebit ex integro aduersus eum, qui litis æstimationem sustulerit, dari. Hoc quidem testatur Iulianus iurisconsultus De sepulchro uiolato. Planè enim ab iudicijs homines, quorum fides suspecta uidebitur, sunt remouendi, si manifestum fuerit, tales esse, ut aut circunscribere aut calumniari possint. Quare cum plures uolent experiri, prætor eliget, ad quem res maxime pertineat, uel eum qui est magis idoneus. Nam optimum uidebitur, si ex necessitate, ex fide, ex dignitate actor eligatur.

Lex quarta. Paulus.

Popularis actio integræ personæ permittitur, hoc est, cui per edictum postulare licet.

Interpretatio.

QVartum caput, Pauli iurisconsulti sententia dicit eos homines hac actione populari uti posse, qui personæ integræ, ac sui iuris fuerint. Quando quidem edictum, quod latum est pro eis, quibus

Actiones mistæ sunt,in quibus uterq; actor est,utputa finium regundorum,familiæ erciscũdæ,communi diuidundo,interdictum uti possidetis,& utrubi.

Ex quibus caussis maiores in integrũ restituãtur.L.Sed & si.Vlpianus.

Actio exempta sic erit accipienda,si desijt agere posse.

De furtis.L.Si pignore.Caius.

Actio furti ad pœnæ persecutionem pertineat.

De ĩpensis in rebus dotalibus factis.L.Rerũ.Caius

Actio rerum amotarum,condictio est.

De uerborũ significatione.L.Verbum.Paulus.

Actionis uerbo,non continetur exceptio.

De actionibus & obligationibus.L.Actionũ Vlpianus.

Actionum genera sunt duo,in rem,quæ dicitur uindicatio,& in personam,quæ condictio appellatur.

Actio in rẽ est,per quã rem nostrã,quæ ab alio possidet,petimus,& semper aduersus eũ est,qui rẽ possidet.

Actio in personam est,qua cum eo agimus,qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid,uel dandũ,& semper aduersus eundem locum habet.

Actio ex cõtractu est,quoties qui sui lucri caussa cum aliquo contrahit,ueluti emendo,uendendo.

Actio autem ex peccato est,quoties ex eo teneri quis incipit,quod ipse admisit,ueluti si furtum commiserit.

Actio in factum datur,qualis est (exempli gratia) actio quæ datur patrono aduersus libertum,a quo cõtra edictum Prætoris in ius uocatus est.

L.Actionis.Vlpianus.

Actionis uerbo continetur in rem,in personam directa,utilis,præiudicium sicut ait Pomponius.

De exceptione rei iudicatę.L.Et ait.Paulus.

Actiones in personam,ab actionibus in rem hoc differunt:quod cum eadem res ab eodem mihi debeatur,singulas obligationes singulæ caussæ sequantur,ne ul

la eorum alterius petitione uarietur.

Ad legem Falcidiam.L.Pœnales.Martianus.

Actiones pœnales,siue legitimæ,siue honorariæ.

Actiones honorariæ,quæ intra certum tempus a Prætore permittuntur.

De origine iuris,L.Necessarium.Pomponius,

Actiones legis,quæ formam agendi continent.

De aqua,& aqua pluuiæ arcenda.L.Si tertius.Vlpianus.

Actionem aquæ pluuiæ arcendæ sciendum est, nõ in rem,sed personalem esse.

De uerborum significatione.L.Actionis.Paulus.

Actionis uerbo etiam persecutio continetur.

L.Pecuniæ.Vlpianus.

Actionis uerbũ & generale & speciale est. Nam actio dicitur omnis(siue in personam,siue in rem sit)petitio sed plerunq; actiones personales solemus dicere:petitionis aũt uerbo in rem actiones significari uidẽtur. Persecutionis aũt uerbo, extraordinarias pſecutiones puto cõtineri:utputa fideicõmissorũ,& si quę aliæ sũt, quæ nõ habent iuris ordinarij executionem.

De seruitutibus rusticorũ pdiorũ.L.i Vlpianus.

Actus,est ius agendi,uel iumentum,uel uehiculum.

L.Inter actum.Modestinus.

Actus uero ubi & armẽta traijcere & uehiculum ducere liceat.

De regulis iuris antiqui.L.Actus.Pomponius.

Actus legitimi,qui non recipiunt diem,uel conditionẽ emancipatio,acceptilatio.

De uerborum significatione L.Labeo.Vlpianus.

Actũ quidẽ uerbũ generale esse,siue uerbis, siue re qd agatur:ut in stipulatione,uel numeratione pecuniæ.

De rebus eorum,qui sub tutela,uel cura sunt L.Eius qui.Caius.

Ad bestias,ad ferrum,in metallum damnatus.

De fideicommissarijs libertatibus.L.Ergo quandiu.Vlpianus.

Addici ita demũ bona uolũt,si idonee creditori cautũ fuerit de solido,q̄ cuiq; debet̃,ergo cauẽdũ est idonee.

De iniurijs & famosis libellis.L.i.Vlpianus.

Ad dignitatẽ fit iniuria,cũ comes matronę abducit̃.

Quãdo appellãdũ sit,& intra q̄ tẽpora.L.i.Vlpianus.

Adeundi autem facultatem semper accipimus,si in publico sui copiam fecit.

De gradibus adfinitatis.L.Nõ facile.Modestinus.

Adfines sunt uiri & uxoris cognati, dicti ab eo quod duæ cognationes,q̄ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulãtur,& altera ad alterius cognationis finẽ accedit.Nam coniungẽdæ adfinitatis caussa fit ex nuptijs.

Adfinitas ex nuptijs coniungitur.

Vnde legitimi & unde adgnati.L. Inter adgnatos.Modestinus.

Agnati) Inter adgnatos & cognatos hoc interest, quod in agnatis,& cognati continẽtur,in cognatis nõ utiq; & adgnati;uerbi gratia,patris frat̃,id est,patruus est adgnatus & cognatus.Matris autem frater,id est,auunculus,cognatus est,adgnatus non est.

De gradibus adfinitatis.L.Iurisc õsultus.Paulus.

Adgnati) Inter adgnatos igitur & cognatos hoc interest,quod int̃ genus & speciẽ.Nã qui est adgnatus & cognatus est,nõ utiq; aũt qui cognatus est,& adgnatus est.Alterum enim ciuile,alterum naturale nomen est.

L.Non facile.Modestinus.

Adgnatio tamen proprie uocatur,uidelicet,quæ p̄ mares contingit.

De suis,& legitimis hæredibus.L. Post consanguineos.Vlpianus.

Adgnati aũt sunt cognati uirilis sexus ab eodem orti.

De iniurijs,& famosis libellis.L.i. Vlpianus.

Ad infamiam fit iniuria,cum pudicitia attentatur.

De interdictis.L.Interdictorum.Paulus.
Adipiscẽdæ possessionis sunt interdicta, quæ cõpetũt his,qui ante non sunt nacti possessionem.

De legitimis tutoribus.L.Sunt autem.Caius.
Adgnati aũt sũt,q ꝑ uirilis sexus ꝑsonas cognationi iũcti sunt,quasi a patre cognati,uelutifrater eodem patre natus.

De coniungendis cũemãcipato liberis eius. L.i.Vlpianus.
Hæc est differẽtia inter in adoptionẽ datũ,& emancipatum.Quo'd in adoptione quidẽ dato,non aliâs iũgitur nisi instituto & alio cõtinẽte edictũ,emãcipato aũt siue sit institutus emãcipatus,siue sit præteritus,

De adoptionibus & emãcipationibus.L.i.Modestinus
Adoptionis nomẽ est quidem generale,in duas autem species diuiditur.Quarum altera adoptio similiter dicitur,altera adrogatio,Adoptantur filij familiarum. Adrogantur,qui sui iuris sunt.

L.Generalis.Caius.
Adoptio aũt generalis duobus modis fit,aut principis authoritate,aut magistratus imperio.Principis authoritate adoptamus eos,qui sui iuris sunt,Quæ species adoptionis dicitur adrogatio,quia & is qui adoptat,rogatur,id est interrogatur,an uelit eum,quẽ adoptaturus sit,iustũ sibi filiũ esse,& is,qui adoptatur,rogatur, an id fieri patiatur.Imperio magistratus adoptamus eos,qui in potestate parentis sunt,siue primum gradũ liberorum obtineant,qualis est filius,filia:siue inferiorem,qualis est,nepos,neptis,pronepos,proneptis.

De iniusto,rupto,irrito facto testamento.L. Cum in secundo.Pomponius.
Ad presens cõditio cõcepta est,ueluti si filius cõsul est

De iniurijs & famosis libellis L.Itẽ apud.Vlpianus
Aliud est attentare,aliud adfectari.Appellat enim qui sermone pudicitiam attentat. Adfectatur qui tacitus

frequenter sequitur.

De uerborũ significatione. L. Adsignare. Modestinus.
Adsignare libertum hoc est, testificari, cuius ex liberis libertum eum esse uoluit.

L. Pupillus. Pomponius.

Aduena est, quem græci ἔποικον appellant.

De extraordinarijs cognitionibus. L. i. Vlpianus.
Aduocatos accipere debemus omnes omnino q in caussis agendis quoquo studio operantur, non tamen qui pro tractatu non adfuturi caussis, accipere quid solẽt, aduocatorum numero erunt.

Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis & stupro. L. Inter liberas. Papinianus.

Adulterium) Lex stuprũ & adulteriũ promiscue & καταχρηστικώτερον appellant, id est abusiue aliquantum. Adulterium proprie, in nuptã cõmittitur, propter partum ex altero conceptum cõposito nomine.

De uerborũ significatione. L. Inter stuprum. Modestinus.

Adulteriũ) Inter stuprũ & adulterium hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprũ in uiduam cõmittitur, sed lex Iulia de adulterijs hoc uerbo indifferenter utitur.

De cloacis. L. i. Vlpianus.

AEdes) Hic accipere debes ædes pro omni ædificio.

Communia prędiorum tam urbanorũ quam rusticorum. L. i. Vlpianus.

AEdificia urbana quidem prædia appellamus. Cæterum & si uilla ædificia: æque seruitutes urbanorum prædiorum constitui possunt.

De uerborũ significatione. L. ædificia. Vlpianus.
AEdificia Romæ fieri etiam ea uidentur, quæ in continentibus Romæ ædificijs fiant.

De legatis primo. L. Si quis. Iulianus.
AEdificij appellatione, aut superficiem significat, aut

ſolum quoque, cui ædificium ſuppoſitum eſt.

De mortuo inferendo & ſepulchro ædificando. L. i. Vlpianus.

AEdificare autem non ſolum qui nouũ opus molitur intelligendus eſt, uerum is quoq; qui uult reficere.

De origine iuris. L. Neceſſarium. Pomponius.

AEdiles) Cum placuiſſet conſules creari ex plebe cœperunt, ex utroq; corpore conſtitui. Tũc ut aliquo plures patres haberentur, placuit duos ex numero patrũ conſtitui, ita facti ſunt AEdiles curules.

De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata. L. Qui ædes. Caius.

AEdiũ) Appellatione autem ædium omnes ſpecies ædificij continentur.

De origine iuris. L. Neceſſarium. Pomponius.

AEdiles) Item ut eſſent, qui ædibus præeſſent in quibus omnia ſcita plebs deferebat, duos ex plebe conſtituerunt, qui etiam AEdiles appellati ſunt.

De tutelis L. i. Paulus.

AEditui dicuntur, qui ædes tuentur.

De origine iuris. L. Neceſſarium. Pomponius.

AElianũ ius, Sextus AElius alias actiones cõpoſuit, & librum populo dedit, qui appellatus ius AElianum.

De hęredibus inſtituendis. L. Si is. Paulus.

AElia Sẽtia lex ei, q in fraudẽ creditorũ inſtitutus eſt, cõſeruat libertatẽ, ſi nemo alius ex eo teſtamẽto hęres eſſe poteſt, item uide. L. qui ſoluendo ſub eodẽ titulo.

De authoritate & conſenſu tutorũ & curatorum. L. Obligari. Caius.

AElia Sẽtia lex uult, ut pupillus, ſi manumiſerit cum tutoris authoritate, apud conſilium cauſſam probet, quæ lata eſt ab AElio Sentio.

De hæredibus inſtituẽdis. L. Qui ſoluẽdo. Iulianus.

AElia ſentia lex, quæ amplius quam unum neceſſariũ hæredem fieri uetat.

De operis libertorum. L. Si patronus. Modestinus.
AElia Sētia adimit ei ius libertatis caussa impositorum, si patronus non aluerit libertum.

De hæredibus instituendis. L. Interdum. Vlpianus.
AEq; hæredes sunto. Hæc adiectio declarat, omnes ex uirilibus partibus institutos.

De uerborum significatione. L. Cedere. Vlpianus.
AEs alienum est, quod nos alijs debemus. AEs suum est, quod alij nobis debent.

De aqua cotidiana & æstiua. L. i. Vlpianus.
AEstatem incipere sic peritiores tradiderunt ab ęquinoctio uerno, & finiri æquinoctio autumnali, & ita senis mensibus æstas diuiditur, atq; hyems.

Ne quid in flumine publico. L. i. Vlpianus.
AEstas ad æquinoctium autumnale refertur.

De aqua cotidiana & æstiua. L. i. Vlpianus.
AEstiua autem ea est, qua estate sola uti expedit, sicut dicimus æstiua uestimenta, saltus æstiuos, castra æstiua, quibus interdum etiam hyeme, plerumq; aūt æstate utamur. Ego probandum puto ex proposito utētis, & ex natura locorū, aquam æstiuā a cotidiana discerni Nā si sit ea aqua qua perpetuo duci possit, ego autem æstate sola ea utar, dicendum est, aquam esse æstiuam.
AEstiua) Rursus si ea sit aqua, quæ non nisi æstate duci possit, AEstiua dicetur, & si ea sunt loca quę natura non admittant aquam nisi æstate, dicendum erit, recte AEstiuam dici.
AEstiua autem aqua est, quæ cotidie quidem duci possit, ut tamen æstate ducatur, tantū nō etiā hyeme: non quia nō possit & hyeme, sed quia non solet.

De uerborum significatione. L. Ager.
Vlpianus.
Ager est locus, qui sine uilla est.

L. Fundi. Florentinus.

Ager) Locus uero sine ædificio in urbe Area, ruri autem Ager appellatur.

De exceptionibus, præscriptionibus & præiudicijs. L. i. Vlpianus.

Agere etiã is uidetur, qui exceptione utitur. Nã reus in exceptione actor est.

De uerborũ significatione. L. Alienationis. Paulus.

Alienationis uerbũ etiã usucapionẽ cõtinet. Vix est enim ut non uideatur alienare, qui patitur usucapi. Is quoq; alienare dicitur, qui non utendo amisit seruitutẽ. Qui occasione adquirendi non utitur, non intelligitur alienare, ueluti qui hæreditatẽ omittit, aut optionẽ intra certum tempus datam, non amplectitur.

L. Alienatum. Vlpianus.

Alienatũ nõ proprie dicitur, quod adhuc in dominio uenditoris manet uenditum tantum recte dicitur.

L. Legatis. Martianus.

Agni in quibusdam locis ouium numero esse uidẽtur, cum ad tonsuram uenerint.

Si libertus ingenuus esse dicit. L. Hoc sermone. Pomponius.

Agnitis natalibus de nullis alijs intelligendum est Senatum sensisse, quam ingenuis.

De tutelis. L. Si filiusfamilias. Vlpianus.

Agnouisse autem uidetur, siue gessit, siue gerenti filio consensit, siue omnio tutelam attigit.

De fideicõmissarijs libertatibus. L. si debitor. Vlpianus

Agnouisse aũt sic accipimus: si forte cũ conueniret ab hærede usus est exceptione, uel aliâs uolũtatẽ suã ostẽdit. Nam si conueniatur debitor ab hærede creditoris, doli exceptione uti potest in id, quod intererit debitoris ancillam suam habere.

De legatis tertio. L. Cũ quęreretur. Africanus.

Agnũ quidam aiebant duntaxat sex mensium esse, sed uerius est, eos legatos esse, q minores anniculis essent.

Si ager uectigalis uel emphyteuticarius petatur.
L.i.Paulus.

Agri ciuitatum alij uectigales uocantur, alij non uectigales uocantur, Vectigales, qui in perpetuum locātur. Non uectigales sunt qui ita colēdi dantur, ut priuati agros nostros colendos dare solemus.

De procuratoribus & defensoribus. L.ait pretor. Vlpianus.

Alterius inquit, & hoc ad utrunq; sexum refertur.

De acquirendo rerum dominio. L.i.Caius.

Allunio) Per Allunionē autē id uidetur adijci quod ita Paulatim adijcitur, ut intelligere nō possimus quātum quoquo temporis momēto adijciatur.

De uerborum significatione. L.latæ. Paulus.

Amicos appellare debemus, non leui noticia coniunctos, sed quibus fuerunt iura cum patre familias honestis familiaritatis quæsita rationibus.

Vi bonorum raptorum & de turba. L. prætor ait. Vlpianus.

Amissa autē dicūtur ea, quæ corrupta alicui relinquuntur, scissa forte, uel fracta,

De capite minutis. Amissione. Paulus.

Amissione ciuitatis fit capitis deminutio ut in aquæ & ignis interdictione.

De gradibus adfinitatis. L. Iuriscōsultus. Paulus.

Amita maxima ea est abaui soror patris, uel matris amita maior.

Amita maior ea est, proaui soror, patris uel matris amita magna.

Amita ea est patris soror.

L.i.Caius.

Amitini amitiuæ, qui quæ ue ex frē & sorore propagantur. Sed uulgus ferè omnes istos communi appellatione Consobrinos uocat.

L.iurisconsultus. Paulus.

Amitini amitinæ eos uero & eas, qui quæ ue ex sororibus nati natæ ue sunt.

De acquirenda, uel omittenda hæreditate. L. Si seruum. Vlpianus.

Amouisse eum accipimus quidquid cęlauerit, aut interuerterit, aut consumpserit.

Amouere non uidetur qui non callido animo, nec maligno rem reposuit, ne is quidem qui in re errauerit dũ putat non esse hæreditarium.

De incendio, ruina, Naufragio, rate, naue expugnata. L. quo naufragio. Vlpianus.

Amoueri aliquid etiam sine ui potest, Rapi autem sine ui non potest.

De seruitutibus rusticorum prędiorum. L. Viæ latitudo. Caius.

In amfractum id est, ubi flexum est.

De uerborum significatione. L. Verbum. Paulus.

Verbum Amplius ad eum quoq; pertinet, cui nihil debetur: sicuti ex contrario minus solutum uidetur, etiã si nihil esset exactum.

Rem ratam haberi. L. amplius. Paulus.

Amplius nõ peti uerbum Labeo, ita accipiebat, si iudicio petitum non esset.

De administratione & periculo tutorũ & curatorũ. L. Ita autem. Vlpianus.

ἀνεκλογίστοι qui administrationis suæ rationes reddere non tenentur.

De uerborum significatione. L. Anniculus. Paulus.

Anniculus non statim, ut natus est, sed trecẽtesimo sexagesimo quinto die dicitur: incipiente plane, nõ exacto die: quia annum ciuiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

L. Anniculus. Paulus.

Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur & consuetudo loquendi, id ita esse declarat.

Ante diem decimum Calendarum, post diẽ decimum

calēdarū.ne utroq; sermone undecima dies significat.

De legatis primo.L.Si cui.Vlpianus.

Annua,bima,trima die,id est, completo triennio uel anno uel duobus annis.

De legatis.3.L.Cum quis.Papinianus.

Annua bima id est duobus annis.

De statuliberis.L.Cum hæres.Paulus.

Annus quo modo accipi debeat,an qui ex continuis diebus trecētis sexaginta quinq; cōstet,an qui bissexto, sed supius magis intelligendum Pomponius scribit.

Si is qui testamēto liber esse iussus erit,post mortē domi ante aditā hæreditatē subripuisse qd dicet L.i.Vlpianus.

Ante aditam hæreditatem,sic accipere debemus,antequam uel ab uno adeatur hæreditas. Nā ubi uel unus adijt competit libertas.

De.S.C.Silaniano & Claudiano,quorū testā nec aperiantur.L.i.Vlpianus.

Aperire aūt hic ille uidetur,qui naturaliter aperit,siue non sint ligatæ,sed tantum naturaliter clausæ.

Aperire accipere debemus prohibitos nos, uel palam, uel secreto,omnis enim apertura prohibita est.

De acquirendo rerū dominio.L.Naturalē,Caius.

Apium fera natura est.

Apocha.Supra in uerbo acceptilationem.

De legatis.3.L.i.Vlpianus.

ἀπόλιδες Sine ciuitate.

Ad.S.C.Turpilianum & de abolitionibus criminum.L.Quidam.Martianus.

Quidā sunt ἀπόλιδες ut sunt in opus publicum perpetuo dati & in insulam deportati,id est,extorres.

De uerborū significatione.L.Rei appellatio.Caius

ἀποτέλεσμα infra in uerbo opere legato.

De origine iuris,Necessarium. Pomponius.

Appius Claudius Appiam uiam strauit & aquā Claudiam induxit.R.literā inuenit,ut ꝓ Valesijs Valerijs.

De iniuris & famosis libellis L. Iniuriarũ, Vlpianus.
Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare.

Ad. S. C. Trebellianum.

Apronianum senatusconsultum iubet omnibus ciuitatibus quæ sub imperio populi Romani sunt restitui debere & posse hæreditatem fideicommissariam.

De uerborũ significatione. Id. apud se Vlpianus.

Apud se.) Id apud se quis habere uidetur, de quo habet actionem, habetur enim quod peti potest.

L. penes te. Vlpianus.

Apud te. Nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur.

De aqua cotidiana & æstiua. L. i, Vlpianus.

Aqua autem cotidiana non est illa quæ cotidie ducit, sed ea qua quis cotidie possit uti, si uellet: quãquã interdum hyeme ducere nõ expediat, & si possit duci. Duo suntgña aquarum, est cotidiana: est & æstima, Cotidiana ab æstiua differt usu non iure.

Aqua Cotidiana est quæ duci adsidue solet uel æstiuo tempore uel hyberno etiam, si aliquãdo ducta nõ est, ea quoq; dicitur cotidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est.

Aqua qdẽ cotidiana est quę cotidie duci possit uel hyeme, uel ęstate & si aliquo momẽto tẽporis ducta nõ sit

Aquæ caput illud est, Vnde aqua nascitur, si ex fonte nascatur ipse fons.

L. De interdicto. Martianus.

Aqua æstiua ob duas res naturam suam utilitatemq; locorum in quæ deducitur proprie appellari.

De Legatis. 3. L i. Vlpianus.

Aqua interdictum) Hi quibus aqua & igni interdictum est, id est deportati.

De aqua & aq̃ pluuia arcenda. L. i. Vlpianus.

Aquam pluuiam dicimus quæ de cælo cadit atq; im-

bre excrescit, siue per se hæc aqua cælestis noceat (ut Tubero ait)siue cum alia mista.

Aquarĳ sulci qui græcæ ὑδραύλακες appellantur.

L.apud Trebatium.Vlpianus.

Aquæ calidæ necꝫ aquæ pluuiæ sunt.

De trāsactionibus.L.Aquiliana stipulatio.Vlpianus

Aquiliana stipulatio omnino omnes precedentes obligationes nouat,& perimit, ipsaqꝫ perimitur per acceptilationem,& hoc iure utimur.

De priuatis delictis.L.Nunquam.Vlpianus.

Aquilia lex eam æstimationem complectitur, quanti eo anno plurimi fuerit.

De receptis.Qui Arbitrium receperunt ut sententiā dicant.L.Cassius ait,Vlpianus.

Arbitri sententiæ stare nihil aliud quam id agere(quātum in ipso sit)ut arbitri sententiæ pareatur.

Arborum furtim Cæsarum,L.Vitem.Vlpianus.

Arbor nulla proprie dicitur,quæ radicē nō cōceperit.

De arboribus cædendis.L.i.Vlpianus.

Arboris appellatione etiam uites continentur.

De aqua & aqua pluuia arcenda.L.in sūma.Paulus.

Arcere aquam,est curare ne influat.

De uerborum significatione.L.fundi.Florentinus.

Area) Locus sine ædificio,in urbe area.

Ad.S.C.Trebellianum.L.Sed sciendum. Mætianus.

Arenarĳ qui in arena spectaculū uiriū suarū prebeāt.

De legatis tertio.L.Quæsitum est.Paulus.

Argenti appellatione etiam factum argentum comprehendatur.

De auro,argento,mundo,ornamentis &c.L. Quintius.Vlpianus.

Argentum factum uas argenteum uideri esse.

Argētum factum(Seruius existimat)id uideri quo cōmode uti possimus.

Argentum factum recte quis ita definierit,quod necꝫ

in massa,neque in lamina,neque in signato,neque in suppel lectile,neque in mundo,neque in ornamentis sit.

De ui & ui armata,L.Quod quidem.Vlpianus.

Arma sunt omnia tela,hoc est fustes & lapides non so lum gladij,hastæ & frameæ,id est rhompheæ.

De uerborum significatione.L.Armorũ.Caius.

Armorum appellatio non tm̃ utique scuta & gladios& galeas significat,sed & fustes & lapides.

Ad legem Iuliam de ui publica.L.Armatos. Paulus.

Armatos non utique eos intelligere debemus, qui tela habuerint,sed etiã eos,qui habent quod nocere potest

De fideicommissarijs libertatibus.L.Non tã-tum.Martianus.

Articuliano senatusconsulto cauetur ut in prouincijs præsides prouinciæ cognoscant,licet hęres nõ sit eius prouinciæ.

De hæredibus instituendis.L.Interdum. Vlpianus.

Assis solemnis distributio in duodecim uncias fit.

De gradibus adfinitatis.L.Iurisconsultus.Paulus.

Atauia,abaui,uel abauiæ mater.

Atauus est abaui uel abauiæ pater,proaui uel proauiæ auus,aui abauiæ proauus,matris uel patris abauus.

De origine iuris.L.Necessarium.Paulus.

Atilius primus a populo sapiens appellatus, Sextum, Aeliũ Ennius laudauit.Et extat eius liber,qui inscri-bitur tripertita qui ueluti cunabula iuris continet.

De iniurijs & famosis libellis.L.pretor ait. Vlpianus.

Atrocem iniuriam quasi contumeliosiorem & maiorẽ accipimus.

L.Attentari.Paulus.

Attentari pudicitia dicitur,cum id agitur,ut ex pudi-co impudicus fiat.

Attentare, supra in uerbo adsectari.
De uerborum significatione, L. subsignatum. Paulus.
Attestari est absenti denunciare.
L. Aliud est. Vlpianus.
Accipere etiam si quis non sic accepit, ut habeat.
De gradibus adfinitatis L. non facile.
Modestinus.
Auia mea Socrus magna uxoris meæ est.
De uerborum significatione. L. Et iam. Vlpianus.
Etiam aureos numos æs dicimus.
De auro argento, mundo, ornamentis. L. cũ aurum. Vlpianus.
Auri appellatiõe annuli aurei cõtinent ait Saturninus.
De authoritate & consensu tutorum & curatorum. L. Etiam. Paulus.
Authorẽ fieri est, cum se probare dicit, id quod agitur.
De noxalibus actionibus. L in omnibus.
Vlpianus.
Aliud est enim authorem esse seruo delinquenti, aliud pati delinquere.
De donationibus inter uirum & uxorem. L. quod ait. Vlpianus.
Authoritas legis, beneficium legis, idem.
De gradibus adfinitatis. L. iurisconsultus. Paulus.
Auunculus maximus is est abauiæ frater, patris uel matris auunculus maior.
Auunculus is matris est frater.
Auunculus magnus hic est auiæ frater.
Auunculus maior is est proaui frater, patris uel matris auunculus magnus.
Auus patris & matris pater.
L. Non facile. Modestinus.
Auus meus uxoris meæ socer magnus est illa illi pronurus.

De auro argento, mundo, ornamentis &c. L. Medico. Scæuola.

Balneare argentum, quo quis in balneo uti consueuit.

De uerborum significatione. L. Si caluitur. Caius.

βέλος Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellāt eoq; nomiue uulgo quidē id significať, quod ab arcu mittitur. Sed nō minus omne significatur quod mittiť manu ἀπὸ τοῦ βάλλειν, & id quod ab arcu mittitur apud græcos quidē proprio nomine, τόξευμα uocatur, apud nos autem cōi nomine & telum appellatur.

Delegatis. 3. L. librorum. Vlpianus.

Bibliotheca) Nerua ait locū significare Bibliothecā, & aliâs armarium aliâs libros, & paulo post armaria, pleriq; Bibliotheas appellant.

De uerborum significatione. L. proprie. Iabolenus.

Bona proprie dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent.

De bonorum possessionibus. L. lex bona. Vlpianus

Bona autem hic, ita accipienda sunt uniuersitatis cuiusq; successionem, qua succeditur in ius demortui, suscipiturq; eius ei commodum & incommodum.

De uerborum significatione. L. Subsignatū. Paulus.

Bona intelliguntur cuiusq;, quæ deducto ære alieno supersunt.

Vi bonorū raptorū & de turba. L. pretor. Vlpianus.

Bona rapta sic accipiemus etiam si una res ex bonis rapta sit.

De uerborū significatiōe L. Bonę fidei. Modestinus.

Bonæ fidei emptor esse uidetur, qui aut ignorauit eā rem alienam esse, aut eum qui uendidit ius putauit uendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem esse.

Vt in possessione legatorum uel fideicommissorū seruandorum caussa esse liceat. L. Cui. Vlpianus.

Bonorum appellatione hæ res comprehensæ uidebūtur, quarum proprietas ad hæredem pertinet.

De bonorum poſſeſſionibus.L.Bona.Vlpianus.
Bonorum poſſeſſionem ita recte definiemus ius perſequendi,retinendiq; patrimonij ſiue rei quæ, cuiuſq; cum moritur,fuit.

L.Sed cum.Paulus.
Bonorum poſſeſſionis beneficium multiplex eſt. Nã quædã bonorum poſſeſſiones competũt cõtra uoluntatẽ,quædã ſecundũ uoluntatem defunctorum:necnõ ab inteſtato habentibus ius legitimum uel non habentibus,propter capitis diminutionem.

De uerborum ſignificatione.L.Bonorũ.Affricanus.
Bonorum appellatio,ſicut hæreditatis,uniuerſitatem quandam,ac ius ſucceſſionis,& non ſingulares res demonſtrat.

L.Bonorum.Vlpianus.
Bonorum appellatio aut ciuilis aut naturalis eſt.Naturaliter bona ex eo dicũtur,quod beant,hoc eſt quod beatos faciunt.Beare eſt prodeſſe.In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt,non ſolum,quæ dominij noſtri ſunt,ſed & ſi bona fide a nobis poſſideantur, uel ſi ſuperficiaria ſint.AEque bonis adnumerabitur, etiam ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus,Nam hæc omnia in bonis eſſe uidentur.

L.Boues,Pomponius.
Boues magis armentorum,quam iumentorũ genere appellantur.

De legatis.3.L.Item legato.Vlpianus.
Burdones muli ex equo & aſina.

C.

Cacabos.Supra diximus in uerbo ah enum.

Arborum furtim cæſarum.L.Cædere.Paulus.
Cædere eſt non ſolum ſuccidere,ſed etiam ferire cædendi cauſſa.

Cingere eſt deglabrare.

De origine iuris.L.Neceſſarium.Pomponius.

Caius Iulius Cæsar duos pretores & duos ædiles qui frumēto prçessent a Cerere Cereales cōstituit. Ita duodecim pretores, sex ædiles, sunt creati.

Caius Scipio Nassica qui optimus a senatu appellatus est, cui etiam publica domus in sacra uia data est, quo facilius consuli posset.

De excusationibus tutorum.L.Spadonem. Modestinus.

Calculatores, quos uulgo rationarios dicimus.

De legatis.3.L.Africanus.

Calendario id est nominibus faciendis.

De his qui notantur infamia.L.Athletas. Vlpianus,

Calumniator ita demū notatur, si fuerit calumniæ cā damnatus, neq; enim sufficit calumniatum.

De uerborum significatione.L.Si caluitur. Caius.

Calumniatores appellati sunt, qui per fraudem & frustrationem alios uexant litibus. Inde et cauillatio dicta est.

Ad.S.C.Turpilianum & de abolitionibus criminum L.i.Marsianus.

Calumniari est falsa crimina intendere.

De instrumento uel instrumento legato.L. Quæsitum. Vlpianus.

Canales, harpagones, amas, instrumento contineri, Cancellos quoq; instrumento contineri puto.

De legatis.1.L.Cætera.Affricanus.

Cantari per quos aquæ saliunt.

De uerborum significatione.L.Aliud est. Vlpianus.

Capere, cum effectu accipitur, ideoq; non uidetur quis capere, quod est restiturus.

De çdilitio edicto.L.Cum autem. Vlpianus

Capitalem fraudem admittere, est tale aliquid delin-

quere propter quod capite puniẽdus sit.

L.Capitis.Paulus.

Capitis deminutionis tria sunt genera, maxima, media minima, tria enim sunt, quæ habemus libertatem, ciuitatem, familiam, Igitur cum hæc omnia amittimus hoc est libertatem & ciuitatem & familiam. Maximã capitis deminutionem. Cum uero amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis deminutionem. Cum autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tum mutatur, minimam esse capitis deminutionem constat.

De capite minutis.L.Caius.

Capitis deminutio est, status mutatio.

De mortis caussa donationibus & capionibus.L.inter mortis.Marcellus.

Inter mortis caussa donationẽ & ea quæ mortis caussa quis cœperit, est earum rerum differentia. Nã mortis caussa donatur, cum pręsens presenti datur. At mortis caussa capi intelligitur & quod non cadit in speciem donationis.

Et enim cũ testamẽto suo quis Pamphilũ seruum suũ liberum esse iusserit si mihi decem dederit nihil mihi donasse uidebitur, & tum si accepero a seruo decẽ mortis caussa accepisse non conuenit.

De uerborum significatione.L. licet capitalis.Modestinus.

Licet capitalis latine loquentibus omnis caussa existimationis uideatur, tamen appellatio capitalis, mortis uel amissionis ciuitatis intelligenda est.

De publicijs iudicijs.L.publicorum.
Paulus.

Capitalia iudicia publica sunt, ex quibus pœna mors: aut exilium est hoc est aquæ & ignis interdictio.

Non Capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est.

De iure patronatus.L.cum.Terentius.
Capitis accuſationem eam eſſe cuius pœna,mors aut exilium eſſet.

De manũiſſis uindicta.L.Si collectaneus. Vlpianus
Capſarius id eſt,qui portat libros.

De hçredibus inſtituendis L.Captatorias.Papinia.
Captatoriæ inſtitutiones,adulatoriæ.

De legatis primo.L.Captoriæ.Caius.
Captatoriæ ſcripturæ id eſt adulatoriæ.

De carboniano.L.Carbonianum Vlpianus.
Carbonianç poſſeſſiones,eo tempore ex quo controuerſiam ſibi fieri cognouit.

De auro,argento,mundo,ornamentis.L.Vxori. Scæuola.
Carrucha dormitoria cum mulis.

Ad.S.C.Turpilianum.L.Reſpiciendũ.Martianus
Caſu delinqunt,çum in uenando telum inferam miſſum hominem interficit.

De caſtrenti peculio.L.caſtrenſe. Pomponius.
Caſtrenſe peculium eſt,quod a parentibus uel cognatis in militia agenti donatum eſt,uel quod ipſe filiuſfamilias in militia adquiſiuit quod niſi militaret.adquiſiturus non fuiſſet.Nam quod erat & ſine militia adquiſiturus,id peculium eius caſtrenſe non eſt.

De inſtrumento uel inſtrumento legato.L.Cum de.Paulus.
Catillus) Meta inferior pars molæ.catillus ſuperior

De Regula catoniana.L.i.Celſus.
Catoniana regula ſic definit,quod ſi teſtamenti facti tempore deceſſiſſet teſtator,inutile foret.Id legatum quandocunq̨ deceſſerit non ualere.

De uerborum ſignificatione.L.Natura.Vlpianus.
Cauillationes) Natura Cauillationis, quam græci σόφισμα appellauerunt, hæc eſt: ut ab euidenter ueris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ eui-

denter falsa sunt,perducatur.

Nautæ Caupiones.Stabularij,ut recepta restituant.L.i.Vlpianus.

Caupones autem & stabularios, æque eos accipimus qui cauponam uel stabulum exercent, institores ne eorum.

De hæredibus instituendis.L.Si quis Pomponius.

Caussa cognita,adijcitur propter eos,qui sinedilatione peregre essent:uel egritudine,uel ualetudine ita impedirentur,ut in ius produci non possent, nec tamen defenderentur.

De pretorijs stipulationibus.L.i.Vlpianus.

Cautionales stipulationes prętoriæ autem sunt,quæ instar actionis habent, & ut sit nonatio,intercedunt, ut damni infecti.

De uerborum significatione.L.cedere.Vlpianus.

Cedere diem ,significat incipere debere pecuniam.

Ad.S.C.Turpilianum.L.Aut preuatim.Paulus.

Cedere dies.) *Senatus censuit eos dies cedere,quibus quisq; reum suum repetere possit.*

De origine iuris.L.Necessarium.Pomponius.

Censores constituti sunt cum census iam maiore tempore agendus esset & consules non sufficerent huic officio.

De uerborum significatione,L.Censere. Iabolenus.

Censere est constituere & præcipere:Vnde etiam dicere solemus censeo,ut hoc facias,& senatum aliquid cēsuisse,Vnde censoris nomen uidetur esse tractum.

De instrumento uel instrumento legato.L. Quæsitum.Vlpianus.

Centones.siphones,perticas,scalas,formiones,qui dicant pulchre Catellianus Cotta,spompias & amas & scaphas,fulcimenta instrumento domus continebunt

De origine iuris.L.Necessarium.Vlpianus.

Centumuiri) Cum esset necessarius magistratus qui

hastæ præsset, centum uiri litibus iudicandis constituti sunt.

De uerborum significatione. L. Cœpisse. Paulus.

Cœpisse quis intelligitur, quamuis alijs adquisiuit.

De pollicitationibus. L. i. Vlpianus.

Cœpisse sic accipimus si fundamenta iecit uel locum purgauit, sed & si locus illi petēti destinatus est, magis est, ut cœpisse uideatur.

De mortuo inferendo & sepulchro ædificā do. L. certi. Vlpianus.

Certi condictio competit ex omni caussa & ex omni obligatione ex qua certum petitur, siue ex certo contractu petatur siue ex incerto.

De iniurijs & famosis libellis. L. pretor ait. Vlpianus.

Certum dicat. Certum quemadmodum accipiendum est?

Labeo ait dicat nomen iniuriæ neq; sub alternatione, puta illud uel illud, sed illam iniuriam se passum.

De adquirendo rerū dominio. L. Naturalē. Caius.

Ceruorum naturam esse feram nemo negat.

De auro, argento, mundo ornamentis. L. Argumento. Vlpianus.

Ceruicalia quoq; nomine uestis continentur.

De uerborum significatione. L. Cæterorꝵ. Vlpianus.

Cæterorum & Reliquorum appellatione etiā omnes continentur: ut Marcellus ait circa eum cui optio serui legata erat, cęteri Sempronio. Nam tentat, si non optet omnes ad Sempronium pertinere.

De bonorum possessione secundum tabulas L. Chartæ. Vlpianus,

Chartæ appellatio & ad nonā chartam refertur & ad deletitiam.

De legatis. 3. L. librorum. Vlpianus.

In usu plerique libros chartas appellant.

L.Qui Chirographum.Iulianus.

Chirographi appellatione uti nos pro ipsis actionibus palam est, cum uenditis chirographis intelligamus nomen uenisse,

De instrumento uel instrumento legato.L. quesitum.Vlpianus.

Cibaria uictus magis quam colendi caussa parentur.

Cingere, supra in uerbo Cædere.

De iniurijs & famosis libellis.L,In circulatores.Paulus.

Circulatores qui serpentes circunferunt & proponūt.

De adquirendo rerum dominio.L.Ea quæ, Modestinus.

Ciuiliter adquiruntur ut per stipulationem.

De uerborum significatione.L.Eum qui.Caius.

Ciuitates priuatorum loco habentur.

Vi bonornm raptorum & de turba.L.prætor.Vlpianus.

Non minima differētia est inter eū qui clā facit & eū qui rapuit, cum ille cælet suum delictum, hic publicet & crimen etiam publicum admittat.

Quod ui & clam.L.prohiberi,Vlpianus.

Aristo putat eum quoque clam facere qui cælandi animum habet eum quem prohibiturum se intellexit & id existimat aut existimare debet se prohibiturum iri,

De adquitenda uel admittenda possessione. L.Clam possidere.Vlpianus.

Clam possidere eum dicimus qui furtiue ingressus est possessionem eo ignorante, quem sibi controuersiam facturum suspicabatur & ne faceret timebat.

Clam,(inquit Pomponius) nanciscitur possessionem qui furtiuam controuersiam metuens, ignorante eo, quem metuit furtiue possessionem ingreditur.

De cloacis,L.i.Vlpianus.

Cloaca autem est locus cauus per quem collunies quędam fluat.

Cloacæ appellatione & tubus & fistula continentur.

De auro, argento, mundo, ornamentis, L. Argumento. Vlpianus.

Coactilia uestimenta, quæ cogunt, ut apud hispanos.

De iure codicillorum. L. conficiuntur. Paulus.

Codicilli quatuor modis conficiuntur, aut enim in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommissum. aut testamēto facto, aut sine testamento.

De riuis. L. i. Vlpianus.

Coercere aquam est continere, sic ne difluat uel dilabatur, dummodo non permitatur, cui nouas uenas quærere uel aperire. Hic enim innouat aliqd preter id quā prçcedente anno Vsus est.

Cisternæ autem imbribus concipiuntur.

Ad. S. C. tertyllianum & orphitianum. L. Sine ingenua. Vlpiauus.

Confestim autem sic erit accipiendum ubi primum potuit, id est pretoris copiam habuit huic rei se dantis: nisi forte infirmitate impedita est, uel alia magna caussa.

De gradibus adfinitatis. L. iurisconsultus. Paulus.

Cognatos) συγγενεῖς illi uocant quos nos cognatos appellamus, cognati sunt, & quos adgnatos Lex xij. tabularum appellat. Sed hi per patrem cognati sunt ex eadem familia, qui autem per fœminas coniunguntur cognati tantum nominantur.

L. i. Non facile Modestius.

Cognati ab eo dici putantur, quòd quasi una communiter ue nati uel ab eodem orti, progenitiue sint.

Cognationis substantia bisariam apud Romanos intelligitur.

Cognatio iuris ciuilis per se quæ etiam legitima dicitur sine naturali fit cognatione per adoptionem.

Cognatio iuris naturalis per se fine ciuili cognatione intelligitur,quæ per fœmias descendit quę uulgo liberos pariunt.

Cognatio utroq; iure cõsistit cũ iustis nuptijs copulat.

L.iurisconsultus.Paulus.

Cognationis origo & per fœminas solas contingit frater enim est & qui ex eadem matre tamẽ natus est. Nam qui eundem patrẽ habent licet diuersas matres, etiam adgnati sunt.

Vnde cognati.L.i.Vlpianus.

Cognati autem appellati sunt,quasi ex una nati,aut(ut ait Labeo)quasi commune nascẽdi initium habuerint Cognatos,iterum uide supra adgnatos.

De extraordinarijs cognitionibus.L.i.Vlpianus.

Cognitionum numerus in quatuor genera diuidi potest,aut de honoribus siue numeribus gerẽdis agitur, aut de pecuniaria re disceptatur,aut de existimatione alicuius cognoscitur,aut de capitali crimine.

De carboniano edicto.L.Carbonianum.
Vlpianus.

Cognitiones) Duæ autem sunt caussæ cognitionis una dandæ Carbonianę possessionis,quæ habet commodũ illud,ut perinde atq; si nullam controuersiam pateretur impudes,possessionẽ accipiat. Alia est caussæ cognitio illa utrum debeat differri in tẽpus pubertatis cognitio,aut representari.

De uerborum significatione.L.Cognoscere.
Papinianus.

Cognoscere instrumenta,est relegere & recognoscere

L.Collegarum.Vlpianus.

Collegarum appellatione hi continẽtur,qui sunt eiusdem potestatis.

De instrumento uel instrumento legato.L.
Cum de.Paulus.

Collyria & emplastra in instrumento medici Cassius scribit.

De iniurijs & famosis libellis.L.Saccularius. Vlpianus.

Comata,hi sunt aggeres,qui quidem solent aquam Niloticam continere.

De uerborum significatione.L.Commendare.Vlpianus.

Commendare nihilaliud est quam deponere.

De iniurijs & famosis libellis.L.Item caput. Vlpianus.

Comitem accipere debemus eum qui comitetur & sequatur:&,ut ait Labeo, siue liberum siue seruum siue masculum siue fœminam.& ita comitem Labeo definit qui frequentandi cuiusq; caussa ut sequeretur destinatus in publico priuatoue abductusfuerit,in comites & pedagogi erunt.

Commodati uel contra.L.i.Vlpianus.

Inter commodatum autem & utendũ datum Labeo quidem ait tantum interesse,quantum interest inter genus & speciem.Commodari enim rem mobilem nõ etiam soli:utendum dari etiam soli,sed(ut apparet),ꝓprie commodata res dicitur,& quæ soli est,idq; Cassius existimat Viuianus etiam habitationem commodari posse.ait.

De precario.L.i.Vlpianus.

Commodat & qui rem,sic commodat ut nõ faciat rẽ facientis,sed ut ei uti re commodata permittat.

De diuisione rerum.L.quædam.Martianus.

Communia) Quædam naturali iure communia sunt omniũ,quædam uniuersitatis,quædam singulorũ quę uarijs ex caussis cuiq; adquiruntur.

De uerborum obligationibus.L.Stipulationum,Pomponius.

Communes sunt stipulationes, ueluti rem saluam fore pupillo.

De rebus eorum qui sub tutela uel cura sunt. L. Magis puto. Vlpianus.

Communia prędia accipere debemus, si pro indiuiso communia sunt. Etiam pro diuiso communia sunt.

De auro, argento, mundo, ornamentis. L. Vestis. Vlpianus.

Communia uestimenta sunt, quibus promiscue utitur mulier cum uiro.

De pretorijs stipulationibus. L. i. Vlpianus.

Communes sunt stipulationes, quæ fiunt iudicio sistẽdi caussa.

De auro, argento, mundo, ornamentis. L. Cũ aurum. Vlpianus.

Concha apud rubrum mare crescit & coalescit.

De concubina. L. concubinam. Paulus.

Concubinã ex sola autẽ destinatione ęstimari oportet.

De re iudicata. L. Sinon. Vlpianus.

Condemnatum accipere debemus eum qui uit ę condẽnatus est, ut sententia ualeat. Cæterum si aliqua ratione sententia nullius momenti sit, dicendum est condẽnationis uerbum non tenere.

De conditionibus & demonstrationibus, L. conditionum. Vlpianus.

Conditionum quædã sunt, quæ quãdoq; impleri possunt etiam uiuo testatore, Quædam sunt quæ non nisi post mortem testatoris.

L. Multum. Iulianus.

Multum interest, conditio facti an iuris sit, ut si nauis ex Asia uenerit, quãuis impleta sit, impedit hæredem circa adeuntem hęreditatem quamdiu ignorauerit eas impletas esse. Quæ uero ex iure uenient ex his nihil amplius exigendum quam ut impletæ sint.

L.hæc conditio.Iulianus.

Hæc conditio.Si in capitolium aſcenderit,ſic recipienda eſt,cum primum potuerit capitolium aſcendere.

L.Si nominatim.Florentinus.

Conditio demonſtratio) Inter demonſtrationem & conditionem hoc intereſt,quod demonſtratio plerunq; factam rem oſtendit,conditio futuram.

L.Leuiſſima.Pomponius.

Conditio libertatis leuiſſima ea intelligenda eſt, quæ ad libertatem perducit,quamuis uatura grauior & durior ſit.

L.in facto.Paulus.

Conditiones in facto tripartitam recipiunt conditionem,ut quid detur,ut quid fiat,ut quid contingat, uel retro,ne detur ne fiat,ne obtingat.Ex his dandi faciēdiq; conditiones in perſonas collocantur,aut ipſorum quibus quid relinquitur, aut aliorum, Tertia ſpecies in euentu ponitur.

L.Quod traditum.Valens.

Conditio leuiſſima in libertatibus,id eſt,ait Caius,quę ipſi ſeruo commodior eſt.

L.Conditionum.Martianus.

Conditiones quæ infuturum conferuntur,triplex natura,ut quædam ad id tempus quo teſtator uiuat: quædam ad id quod poſt mortem eius ſit futurum: quædā ad alterutrum pertineāt:tempus autem uel certum uel infinitum compræhendatur.

L.Conditiones Papinianus.

Conditiones extrinſecus,non ex teſtamento ueniētes, id eſt quæ tacite ineſſe uidentur, non faciunt legata conditionalia.

De priuatis delictis.L.nunquam. Vlpianus.

Condictio autem ex cauſſa furtiua non egreditur retrorſum iudicij accipiendi tempus.

De iniusto, rupto, irrito, facto testamento. L. Cum in secundo. Pomponius.

Conditio in preteritum cōcepta ponitur, ueluti si Titius consul fuerit.

Conditio ad pręsens concepta est ueluti si Titius consul est.

Conditiones autem in futurum collatæ, si possibiles sunt, & existere poterunt, efficiunt ut testamentum superius rumpatur, si uero impossibiles, perinde ac si nō adscriptæ.

De uerborum significatione. L. Conditionales. Vlpianus.

Conditionales creditores dicuntur hi, quibus competit, actio. est autem competitura: uel qui spem habent ut competat.

De furtis. L. Si pignore. Caius.

Cōdictio & uindicatio ad rei recuperationem ptinēt.

De uerborum significatione. L. triplici. Paulus.

Coniuncti) Triplici modo coniunctos intelligimus, aut enim re per se coniūctio obtingit, aut re & uerbis, aut uerbis tantum. Nec dubium est, quin cōiuncti sint quos & nomini & rei complexus iungit.

L. Coniunctionem. Paulus.

Coniunctionem enim nonnunquam pro disiunctione accipi Labeo ait, ut in illa stipulatione Mihi hæredíq; meo te hæredemque tuum.

De legatis. 3. L. Coniunctim. Celsus.

Coniunctim hæredes instituí aut coniunctim legari hoc est, totam hæreditatem & tota legata esse singulis data, partes autem concursu fieri.

De compensationibus. L. i. Modestinus.

Compensatio est delicti & rediti inter se contributio,

De Receptis. Qui Arbitrū receperunt ut sen-

tentiam dicant.L.i.Paulus.

Compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur & ad finiendas lites.

De uerborum significatione.L.Coram. Florentinus.

Coram Titio aliquid facere iussus, nõ uidetur præsente eo fecisse, nisi is intelligat. Itaq; si furiosus aut infans sit, aut dormiat, non uidetur coram eo fecisse.

De receptis. Qui arbitrium receperunt, ut sẽtẽtiam dicant, L.Diem proferre. Vlpianus.

Coram autem dicere sententiã uidetur qui eam sapiẽtibus dicit. Cæterum coram furioso non uidetur dici.

De uerborum significatione.L.Carbonum. Vlpianus.

Carbonum appellatione ait Ofilius materiam nõ cõtineri, sed an lignorum? & fortassis quis dicet non lignorum, non enim lignorum gratia habuit.

De origine iuris, L.Necessarium.Paulus

Cornelius Sylla quęstiones publicas constituit ueluti de falso, de parricidio, de siccarijs, de iniurijs, & prætores quatuor adiecit.

De usucapionibus & usurpationibus. L. rerũ mistura. Pomponius.

Corporum tria sunt genera. Vnum quod continetur uno spiritu, & græce ἡνωμένον ut homo, tignum, lapis. Alterum quod ex contingentibus hoc est ex pluribus inter se cohærentibus constat, quod συνημμένον uocatur, ut ædificium, nauis, armarium. Tertium quod ex distãtibus constat, ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subiecta. ueluti populus legio, grex.

De diuisione rerum.L.summa.Caius.

Corporales res sunt, quæ tãgi possunt, ueluti fundus, homo, uestis, Incorporales sunt q̃ tãgi nõ possunt: qualia sunt q̃ in iure cõsistunt, sicut hæreditas, usussfructus

De suis & legitimis hæredibus. L. legem Corneliam. Vlpianus.

Cõsanguineos autem Cassius definit eos qui sanguine inter se connexi sunt.

Vnde cognati. L. Si spurius. Vlpianus.

Consanguinitatis, itemq; adgnationis iura a patre oriuntur, proximitatis à matre, à fratre.

Vbi quis agere, uel conuenire debeat. L. Cõsensisse. Vlpianus.

Consensisse autem uidetur qui sciunt se non esse subiectos iuridictioni eius & in eum consentiunt.

De actionibus & obligationibus. L. obligamur. Modestinus.

Consentientes in aliquam rem consensu obligari necessario ex uoluntate nostra uidemur.

De instrumento uel instrumento legato. L. instrumento. Vlpianus.

Conseruandi instrumenta, ut dolia cupæ.

De Gradibus adfinitatis. L. i. Caius.

Consobrini, consobrinæ, qui quæ ue ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini.

De senatoribus. L. i. Vlpianus.

Consulares autem fœminas dicimus consulariũ, uxores adijcit Saturnius & mares quod nec usq; relatum est, nec unquam receptum.

De origine iuris. L. Necessarium. Pomponius.

Consules duo constituti sunt penes quos summũ ius uti esset, lege rogatum est, dicti ab eo quod plurimum reip. consulerent: qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi uindicarent, lege lata factum est ut ab eis prouocatio esset, neue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi, solum relictum est illis ut coercere possent, & in uincula publica duci iuberẽt

De exordinariis cognitionibus.L.i.Vlpianus

Consumitur existimatio quoties magna capitis deminutio interuenit,id est cum libertas adimitur.

De rebus eorum qui sub tutela uel cura sunt L.Hæredes.Vlpianus.

Contextu uno,autem est nullum alienum actum testõ intermiscere.

Cotidiana,supra,in uerbo aqua cotidiana.

Ad.L.Falcidiam.L.i.Paulus.

In continenti. Id accipiendum cum aliquo spatio.

De uerborum significatione.L.Notionem. Vlpianus.

Cõtinentes prouincias accipere debemus eas,quę Italiæ coniunctæ sunt,ut puta Galliam. Sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet,quę modico freto Italia diuiditur.

L.Labeo.Vlpianus.

Contractum autem ultro citroq; obligationem esse, quam Græci συνάλλαγμα uocant,ueluti emptionem,uẽditionem,locationem,conductionem,societatem.

L.Verba.Vlpianus.

Contraxerunt) Verba contraxerunt,Gesserunt,non pertinent ad iusteſtandi.

De uerborum obligationibus.L.Stipulationum.Pomponius.

Conuentionales stipulationes sunt,quæ ex conuentione reorum fiunt, quarum totidem sunt genera, quot penè dixerim contrahendarum. Nam & ob ipsam uerborum obligationem fiunt & pendent ex negocio contracto.

De uerborũ significatiõe.L.Vnde tab.Paulus.

Contubernales) Vnde tabernacula & contubernales dicti sunt.

De instrumento & instrumento legato.L.

L. quęsitum. Vlpianus.

Contubernales seruorum id est uxores & nati.

De pactis. L. i. Vlpianus,

Conuentionis uerbum generale est, ad omnia pertinens de quibus negocij contrahendi trāsigendiq; caussa consentiunt qui inter se agunt.

Conuenire dicuntur qui ex diuersis locis in unum colliguntur & ueniunt. Ita & qui ex diuersis autem motibus in unum consensiunt id est in unam sententiam decurrunt.

Adeó autem conuentionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuētionem siue re, siue uerbis fiat.

L. Conuentionum. Vlpianus.

Conuentionum tres sunt species, aut ex publica caussa sunt, aut priuata, aut legitima, aut iurisgentium.

Conuentio publica est, quę fit per principem, aut quoties inter se duces belli quædam paciscuntur.

L. Legitima. Paulus.

Conuentio legitima est quæ aliqua lege confirmatur & ideo interdum ex pacto actio nascitur, uel tollitur, quoties lege, uel senatusconsulto adimatur.

L. Iurisgentium. Vlpianus.

Conuentiones iurisgētium, quædam actiones pariūt, quædam exceptiones. Quæ pariunt actiones in suo iure non stant, sed transeunt in proprium nomen contractus, ut emptio, uēditio, locatio, conductio, societas, commodatū, depositū, & cæteri similes cōtractus. Sed si in alium contractū res non transeat, subsit tamē caussa eleganter Aristo, Celso respondit esse obligationem ut puta dedi tibi rem, ut mihi aliam des, dedi ut aliquid facias, & συνάλλαγμα εἶναι, & hinc nasci ciuilem actionem.

De iniurijs & famosis libellis.L.Item apud.
Vlpianus.

Conuicium autem iniuriam esse Labeo ait.conuicium dicitur uel a conuiciatore,uel a conuētu,hoc est a collatione uocū.Cum enim in unū complures uoces conferuntur,conuicium appellatur,quasi conuocium.

L.i.Vlpianus.

Contumelia autem a contemnendo.

De re iudicata.L.Cōtumacia.Hermogenianus.

Cōtumax est qui tribus edictis propositis,uel uno pro tribus(quod uulgo peremptorium appellatur) literis euocatis pręsentiam sui facere contemnit.

Coutumaces uidentur qui ad iuridictionem eius cui negant obsequi pertinent.

De mortuo inferendo & sepulchro ædificādo.L.i.Vlpianus.

Credendi) Libro primo quæstionum Celsus ait credēdi generalis appellatio est.

L.Mutuum.Paulus.

Creditum a mutuo differt,quo genus a specie. Nam creditum consistit etiam extra eas res, quæ pondere, numero mensura,continentur.Item Mutuum nō potest'esse nisi proficiscatur pecunia.Creditum autem fit interdum etiam si nihil proficiscatur,ueluti si post nuptias dos promittatur.

De actionibus & obligationibus.L.Si enim
Vlpianus.

Creditores eos accipere debemus,qui aliquam actionem uel ciuilem habent(sic tamen ne exceptione submoueantur)uel honorariam,uel in factum.

De uerborum significatione.L.Creditor.
Paulus.

Creditor autem is est, qui exceptione perpetua submoueri non potest.Qui autem temporalem exceptio-

nem timet, similis est conditionali creditori.

L. Creditores. Vlpianus.

Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, uel persecutione, uel iure ciuili sine ulla exceptionis perpetuæ remotione, Vel honorario, uel extraordinario, siue pure, siue in diem, uel sub conditione. Quod si natura debeatur, non sunt loco creditorum: sed si non sit mutua pecunia sed contractus, creditores accipiuntur.

L. Creditorum. Caius.

Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur qui pecuniam crediderint: sed omnes, quibus ex aliqua caussa debetur.

De statu liberis. L. Si cui. Paulus.

Creditores autem appellantur quibus quacunque ex caussa actio cum fraudatore competat.

De ędilitio edicto L. quod si nolit. Vlpianus

Culpam autem omnem accipiemus, non utique latam.

De uerborum significatione. L. Cedere. Vlpianus.

Culpa lata, est nimia negligentia, id est non intelligere, quod omnes intelligunt.

L. Latæ. Paulus.

Culpæ latæ finis, est non intelligere id quod omnes intelligunt.

De legatis. 3. L. Lucius. Scæuola.

Cuppæ sunt uasa uinaria.

De administratione & periculo tutorum & curatorum. L. i. Hermogenianus.

Curatorem) Inter bonorum uentrisque curatorem & inter curatorē furiosi, itemque prodigi, pupilliue, magna est differentia. quippe cum illis, quidē plane rerū administratio. duobus autē superioribus sola custodia rerum qua deteriores futuræ sunt, uenditio cōmittatur.

De origine iuris.L.Necessarium.
Pomponius.

Curias) Romulus traditur populum in triginta partes diuisisse,quas partes curias appellarit. Propterea quod tunc reip.curam per sententias earum partium excipiebat.

De.S.C.Silaniano & Claudiano.L.i.
Vlpianus.

Clusos accipere debemus & si sunt iuncti.si tamen ita iuncti,ut omnino erumpere uincula,& auxilio esse nō potuerunt.

De legatis.3.L.fideicommissa.Vlpianus.

Cum uoluerit.) Hoc legatum,Cum uoluerit,tractū habet,quamdiu uiuat is, a quo fideicommissum relictum est.

De conditionibus & demonstrationibus. L. Iulius.Paulus.

Cum coniunctio non ad coniungendam conditionē, sed ad necessitudinem demonstrandam pertinet.

D.

De damno infecto.L.2.Caius.

DAmnum infectum est, damnum nondum factum,quod futurum ueremur.

L.3.Paulus.

Damnum & damnatio ab ademptione & quasi deminutione patrimonij dicta sunt.

De pœnis.L.i.Vlpianus.

Damnatus) Cum accipimns damnatum,q non ꝓuocauit.Cæterum si prouocet,nondū damnatus uidetur. Damnatus enim ille est,ubi damnatio tenuit.

L.dies.Vlpianus.

Damnum denunciari,sic accipere debemus, ut & si in aliena domo habitet,ibi ei denūcietur.Quod si nec habitationem habeat,ad ipsum predium erit denuncian

dum,uel procuratori eius,uel certe inquilinis.

De fidei commissarijs libertatibus, L. Neq; infantes. Modestinus.

Dasumaiano senatusconsulto subuenitur his,qui iusta ex caussa abessent,ut nec libertas impediat, nec libertas eripiatur his qui fraude careant.

De hoc uide. L. Non tamen. De fideicommissarijs libertatibus. Pandectarum.

De muneribus & honoribus. L. Rescripto. Vlpianus.

Debitores rerum publicarum accipere debemus,qui ex administratione reip. relinquantur.

De uerborum significatione. L. Debitor. Modestinus.

Debitor intelligitur is a quo inuito exigi pecunia potest L. Pecuniæ. Vlpianus.

Debuit,omnem omnino actionem comprehẽdere intelligitur: siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria fuit persecutio.

De origine iuris. L. Necessarium. Pomponius.

Decem uiri) Et cum placuisset leges quoq; ferri,latũ est ad populum,ut omnes magistratus se abdicarent, & decem uiri constituti sunt uno anno. Hi cum magistratum prorogarẽt sibi,& rem iniuriose tractarent, neq; uellent sufficere magistratus,ut ipsi & factio sua perpetuo rem publicam nimia atq; aspera dimicatione eo rẽp. perduxerunt,ut exercitus à rep. secederet.

De solutionibus & libertationibus. L. Cum stichus. Vlpianus.

Decem homines ambigua uox, quemadmodum decẽ denarij.

De uerborum significatione. L. Dedisse. Paulus.

De uerborum significatione.L Pupillus.
Pomponius.

Decuriones quidem dictos aiunt ex eo, quod initio cum Coloniæ deducerentur decima pars eorum qui deducerentur consilij publici gratia conscribi solita sit.

Dedisse intelligendus est etiam is, qui permutauit uel compensauit.

Ex quibus caussis maiores in integrum restituantur.L.Item ait.Vlpianus.

Defendi autem non is tantum uidetur,cuius se defensor ingerit,sed & qui requisitus ab actore non est defensioni defuturus.

De procuratoribus & defensoribus.L.Sed & hæ,Vlpianus.

Defendere autem est id facere,quod dominus in litem faceret,& cauere idonee.

Quibus ex caussis in possessionem eatur.L. ait prętor.Vlpianus.

Defendi uidetur,qui per absentiam suam in nullo deteriorem caussam aduersarij sui facit.

De capite minutis.L.Amissione.Paulus.

Deficere autem dicuntur,qui ab his quorum sub imperio sunt,desistunt,& in hostium se numerum conferunt.

De tritico,uino & oleo,L.Siquis.Vlpianus.

Defructum potius conditura loco fit.

De legatis.3.L.ligni.Vlpianus.

Deiectæ autem arbores lignorum appellatione continebuntur,nisi aliud testator sensit.

De ui & ui armata.L.i.Vlpianus.

Deijcitur is,qui possidet,siue naturaliter, siue ciuiliter possideat.

Deiecisti,uerbum refertur ad personam eius,qui deiecit nec pertinet ad eum,cuius familia deiecit.

Deiecisse uidetur, qui mãdauit, uel iussit, ut aliquis deijceretur.

De inofficioso testamento. L. Nam & his. Marcellus.

De inofficioso) Huius uerbi De inofficioso uis illa est docere immerentem se, & ideo indigne preteritũ, uel etiam exhæredatione submotum.

De uerborum significatione. L. Delata. Terentius Clemens.

Delata hæreditas intelligitur, quam quis possit adeũdo consequi.

De iure fisci. L. Delator. Paulus.

Delator non est, qui protegendæ caussæ suæ gratia aliquid ad fiscum denunciat.

De notationibus & obligationibus, L. i. Vlpianus.

Delegare est uice sua alium dare reũ creditori, uel cui iusserit, fit aut delegatio, uel perstipulationem, uel per litis contestationem.

De re militari. L. Omme. Arrius Menander, Omne delictum est militis, quod aliter quàm disciplinæ communis exigit committitur, ueluti crimen segnitiæ, uel contumaciæ, uel desidiæ.

De iure deliberandi. L. Ait prętor. Vlpianus.

Deminui) Quid sit autẽ deminui uetabo, uideamus his uerbis prętor non tantum alienationem impedit, uerum etiam actiones exerceri non patitur.

Ad. L. iuliam de adulterijs. L. Denunciasse. Vlpianus.

Denunciasse qualiter accipimus, utrũ ad iudicem, an uerum simpliciter? ego (& si non denunciauit ad iudicem,) sufficere credo si adulterij se acturum denunciauerit.

Demonstratio, uide in uerbo, conditionem.

De calumniatoribus. L. Et generaliter, Vlpianus.

Depactus autem dicitur, turpiter pactus.

De petitione hæreditatis. L. Deperditũ. Caius

Deperditum intelligitur, quod in rerum natura esse desijt.

Deminutum uero quod usucaptum est, & ob id de hæreditate exijt.

Depositi uel contra. L. i. Vlpianus.

Depositum est, quod custodiendum alicui datum est. dictum ex eo quod ponitur præpositio Enim. De auget positum, ut ostendat totum fidei eius esse commissum, quod ad custodiam rei pertinet.

De interdictis & relegatis. L. Relegatorum. Vlpianus.

Deportatos relegatos.) Hæc est differantia, inter deportatos & relegatos quod in insulam relegari, & ad tempus & in perpetuum quis potest. (quasi deportari solum in perpetuum.)

De legatis. 3. L. i. Vlpianus.

Deportatos autẽ eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotauit, uel de quibus deportandis scripsit. Cæterum prius quam factum presidis comprobet, nondum amisisse quis ciuitatem uidetur.

De re militari. L. Desertorem. Modestinus.

Desertor est qui per prolixum tempus euagatus reducitur.

De his qui notantur infamia.

L. Athletas. Vlpianus.

Designatores græci βραβευτὰς appellant.

De uerborum significatione. L. Mulieris. Caius.

Desinere autem abesse res tunc uidetur, cum sic redijt

in poteſtatem,ne amittere eius poſſeſſionē poſſimus, ob hoc quod furto pridem ſubtacta eſt.

Quorum bonorum.L.i.Vlpianus.

Deſijt poſſidere,ſic accipere debemus,deſijt habere facultatem reſtituendi.

Pro derelicto.L.2.Paulus.

Deſinere quidem omittentis eſſe,non fieri autem alterius,niſi poſſeſſa fuerit.

Vbi quis agere,uel conuenire debeat.L.Deſtitiſſe.Vlpianus.

Deſtitiſſe is uidetur,non qui diſtulit,ſed qui liti renūciauit in totum.deſiſtere enim eſt de negocio abſtinere,quod calumniandi animo inſtituerat.

Ad.S.C.Turpilianum.L.Deſtitiſſe.Paulus.

Deſtitiſſe eum accipimus,qui in totum animum agendi,depoſuit,non qui diſtulit accuſationem,ſed qui permiſſu imperatoris accuſatione deſtitit impunitus.

L.Ab accuſatione.Paulus.

Deſtitiſſe,uidetur,qui intra præfinitum accuſationis à præſide tempus reum ſuum non peregit.

Deſtitit animo ab accuſatione,qui adfectum &animū accuſandi depoſuit.

De minoribus uiginti quinq; annis.L.Deſtitiſſe.Vlpianus.

Deſtitiſſe autem is uidetur,non qui diſtulit,ſed qui liti renunciauit in totum.

De uerborum ſignificatione.L.Derogatur.Modeſtinus.

Derogatur legi,cum pars detrahitur.

De exceptione rei iudicatæ.L.De eadem.Vlpianus.

De re non) Rectéq; ita definietur, eum demum de re non agere,qui prorſus rem ipſam non perſequitur,

De uerborum significatione.L.Plebs.
Caius.

Detestatum est, testatione denunciatum.
L.Detestatio.Vlpianus.

Detestatio est denunciatio facta cum testatione.
De locis & itineribus publicis.L.Ait prętor.
Vlpianus.

Deteriorem uiam fieri,sic accipiendum,si usus eius ad commeandũ corrumpatur,hoc est uel ad agẽdum uel ad eundum.
De origine iuris.L.Necessarium.
Pomponius.

Dictatores proditi sunt,à qbus nec ꝓuocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est. Hunc magistratũ,quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retinere.
De ædilicio edicto.L.Sciendum.
Vlpianus.

Dictum à promisso sic discernitur.Dictum accipimus quod uerbotenus pronunciatum est,nudoq́ꝫ sermone finitur. Promissum autem potest referri & ad nudam promissionem,siue pollicitationem,uel ad sponsionem.
De receptis. Qui arbitrum etiam.L.Qualem.
Paulus.

Dicere autem sententiam existimamus,eum qui ea mẽte quod pronunciat,ut secũdum id,discedere eos à tota controuersia uelit.
L.Labeo ait.Vlpianus.

Diem compromissi) Hæc autem clausula Diem cõpromissi,proferre nullam aliam dat arbitrio facultatẽ quam diem prorogandi.
De conditionibus & demonstrationibus. L.i.Vlpianus.

Dies incertus est, cum ita scribitur. Hæres meus cum moritur.

De legatis primo. L. Talis scriptura. Vlpianus.

Dies incertus appellatur conditio.

De exceptionibus præscriptionibus & præiudicijs. L. 2. Vlpianus.

Dilatoria exceptio, quæ differt actionem.

De uerborum significatione. L. Delata. Terentius.

Delata hæreditas intelligitur, quam quis possit adeũdo consequi.

De his qui notantur infamia. L. Quod ait. Vlpianus.

Dimissum accipere debemus militem caligatum, uel si quis alius usq; ad centurionem uel præfectum cohortis, uel alæ, uel legionis dimissus est.

De uerborum significatione. L. Dimissoriæ. Modestinus.

Dimissoriæ literæ dicuntur, quæ uulgo dicuntur apostoli. Dimissoriæ autem dictæ, quod per eas caussa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.

De libellis dimissorijs qui apostoli dicuntur. L. i. Macer.

Dimissorias literas, siue apostolos appellant.

De iniurijs & famosis libellis. L. Saccularij. Vlpianus.

Directarij appellantur hij qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt.

De uerborum significatione. L. Cognoscere. Papinianus.

Dispungere est conferre accepta & data.

L. Hæc uerba. Proculus.

Disiūctiuum est,ueluti cum dicimus, Aut dies,aut nox est.quorum posito altero necesse alterum tolli: Item sublato altero,poni alterum.

De diuisione rerum.L.Summa.Caius.

Diuini iuris sunt res sacræ & religiosæ.

De uerborum significatione.L.Inter stuprū Modestinus.

Diuortium. Diuortium inter uirum & uxorem fieri dicitur.Repudium uerò sponsæ remitti uidetur,quod & in uxoris personam non absurde cadit.

L.Inter diuortium.Paulus.

Diuortium.) Inter diuortium & Repudium hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest,non recte autem sponsa diuertisse,dicitur: Quū diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas partes eunt,qui discedunt.

De diuortijs & repudijs,L.Diuortium. Caius.

Diuortium à diuersitate mentium dictum est:uel quia in diuersas partes eunt qui distrahunt matrimonium.

De origine iuris.L.Necessarium.Paulus.

Diuus Claudius duos prætores adiecit,qui de fideicōmisso ius dicerent ,ex quibus uim D.Titius detraxit & adiecit.D Nerua,qui inter fiscum & priuatos ius diceret,ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt.

De tritico,uino,& oleo.L.Dolia.Proculus.

Dolia in uasis uinarijs non esse.

De iure dotum.L.Si ergo.Vlpianus.

Dotis autē causa data,accipere debemus ea,quæ in dotem dantur.

Si quis omissa caussa testamenti.L.Prætor. Vlpianus.

Dolo autem malo fecisse uidetur,quo minus possideat,qui ad alium transtulit possessionem, per fraudem

ut legatarij, cæterique qui quid in testamẽto acceperũt, careant his, quæ sibi relicta sunt.

De liberali caussa. Quod autem. Vlpianus.
Siue dolo malo uideamus. Nam Iulianus ait, omnes qui se liberos putant, sine dolo malo in libertate fuisse, si modo se pro liberis gerant, quamuis serui sint.

De dolo malo. L. i. Vlpianus.
Dolum malũ Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi caussa, cum aliud simulatur, & aliud agitur.
Dolum malum) Labeo sic definit: Dolum malum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, fallẽdum, decipiẽdum alterum adhibitam, Labeonis definitio uera est. Malũ adiecit. Veteres enim bonum dolum dicebãt, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem latronem ne quis machinetur.

Si quid in fraudem patroni factum sit. L. i.
Vlpianus.
Dolum accipere nos oportet eius qui alienauit, nõ eius, cui alienatum est.

Ad S.C. Trebellianum L. Is cui. Vlpianus.
Dolum accipere debemus culpam latam, nec omnem dolum, sed qui in necem legatariorum & fideicõmissariorum factus est.

De pactis. L. Iurisgentium. Vlpianus.
Dolus malus fit calliditate & fallacia. Et ut ait Pedius dolo malo pactum fit quoties circũscribendi alterius caussa aliud agitur, atque agi simulatur.

Ad S.C. Turpillianum. L. Respiciendum.
Martianus.
Domestica furta uocantur, quæ serui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij, apud quos degunt subripiunt.

De.S.C.Sylaniano.L.i.Vlpianus.

Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem,& si ususfructus alienus sit. Qui seruum bona fide possedit domini appellatione non continetur: nec qui usumfructum solum habet.

L.i.Vlpianus.

Domini appellatione & pro parte dominium cõtineri dicendum est.

L.i.Vlpianus.

Domini appellatione etiam filiusfamilias,cęteriq; liberi qui in potestate sunt,continentur.

De adquirenda uel admittenda possessione.
L.Si quis.Vlpianus.

Dominium possessio) Differentia inter dominium & possessionem hęc est,quod dominium nihilominus eius manet,qui dominus esse non uult. Possessio autẽ recedit ut quisq; constituit nolle possidere.

De uerborum significatione.L.In lege.
Vlpianus.

Donum cui qui nostrum debere existimari,ubi quisq; sedes &,tabulas haberet,suarumq; rerũ constituitionẽ fecisset.

De liberis agnoscendis uel alendis.L.i.
Vlpianus.

Domum accipere debemus hospitiũ,si in ciuitate maneat,si in uilla uel in municipio,illic,ubi larem matrimonio collocarunt.

De iniurijs & famosis libellis.L.Lex Cornelia.Vlpianus.

Domum accipere debemus non proprietatem domus, sed domicilium.

De rebus iudicis authoritate possidentis seu uendentis.L.In uenditione.Paulus.

Appellatione domini fructuarius quoq; continetur.

De aleatoribus.L.i.Vlpianus.

Domum autem pro habitatione & domicilio nos accipere debere,certum eſt.

Ad.L.Iuliam de adulterijs.L.Nec in ea. Papinianus.

Domus pro domicilio accipienda eſt, ut in lege Cornelia de iniurijs.

L.Qui domus.Martianus.

Appellatione domus habitationem quoq; ſignificari palam eſt.

De mortis cauſſa donationibus & capionibus.L.i.Martianus.

Donatio cauſſa mortis eſt,cũ quis habere ſe uult magis quam eum cui donat quam hæredibus ſuum,ſic & apud Homerum Telemachus donat Pireo.

L.Iulianus.Vlpianus.

Donationum ſpecies) Iulianus libro.7.Pãde.tres eſſe ſpecies mortis cauſſa donationum,ait,Vnam cum quis nullo præſentis periculi metu conterritus,ſed ſola cogitatione mortalitatis donat.Aliam eſſe ſpeciem mortis cauſſa donationũ ait,cum quis immin ẽte piculo cõmotus ita donat,ut ſtatim fiat accipiẽtis.Tertiũ genus eſſe donationis ait,ſi qs piculo motus nõ ſic det,ut ſtatĩ faciat accipiẽtis,ſed tũc demũ, cũ mors fuerit inſecuta.

L.Senatus.Paulus.

Donatio dicta a dono,quaſi doni datio,tracta a græcis.Nam hi dicunt δῶρον & δωρεῖσθαι. Sed mortis cauſſa donatio longe differt ab illa uera & abſoluta donatione,quæ ita profiſcitur, ut nullo caſu reuocetur: & ibi qui donat,illum potius quam ſe habere mauult. At is qui mortis cauſſa donat,ſe cogitat atq; ea amore uitæ recepiſſe potius, quam dediſſe mauult, & hoc eſt, quare uulgo dicatur ſe potius habere uult quam eum cui donat, illum deinde potius,quam hæredem,ergo qui cauſſa mortis donat, qua parte ſe

cogitat, negocium gerit, ſed ut cum conualuerit, reddatur ſibi.

Donatio cauſſa mortis fit multis modis, aliâs extra ſuſpitionem ullius periculi à ſano & in bona ualetudine poſito, & cui ex humana ſorte mortis cogitatio eſt. Aliâs ex metu mortis, aut ex præſenti periculo, aut ex futuro, ſi quid terra mariq; & tam in pace, quam in bello, tam domi, quam militię, multis generibus mortis periculum metui poteſt.

De Donationibus. L. i. Iulianus.

Donationes plures ſunt, Dat aliquis ea mente, ut ſtatim uelit accipiētis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti & propter nullam aliam cauſſam, quam ut liberalitatē exerceat. Hæc proprie donatio appellat̃. Dat aliquis ut tūc demum accipientis fiat, cum aliquid ſecutum fuerit: ea non proprie donatio appellabitur, ſed totum donatio ſub conditione eſt, item cum ipſe ea mente dat, ut ſtatim quid fiat accipientis, ſi tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, uelit ad ſe reuerti, ea non proprie eſt donatio, ſed totum donatio dicitur, quæ ſub conditione ſoluatur, qualis eſt mortis cauſa donatio.

De uerborum ſignificatione. L. Alienatum. Vlpianus.

Donationis uerbum ſimpliciter loquendo, omnem donationem comprę hendiſſe uidetur, ſiue mortis cauſſa, ſiue non mortis cauſſa fuerit.

De uerborum ſignificatione. L. Munus. Martianus.

Dona autem proprie ſunt, quæ nulla neceſſitate, iure, officio, ſed ſponte præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla reprę hentio eſt, & ſi præſtentur, plerunq; laus eſt. Sed in ſumma in hoc uentum eſt, ut non quodcunq; unius id & donum accipiatur. At quod donum fuerit, id munus recte dicatur.

L.Inter donum.Paulus.

Donum Munus) Inter donum &'munus hoc interest,quod inter genus & speciem.Nam genus esse donum,Labeo ait à donãdo dictum, Munus speciem.Nã munus esse donum cum caussa, utputa natalitium nuptiarum.

De furtis.L.In furti.Vlpianus.

Consilium dare uidetur,qui persuadet,impellit,atq; instruit consilio,ad furtum faciendum.

De fundo dotali.L.Dotale.Vlpianus.

Dotale prędium accipere debemus tam urbanum quã rusticum.

Dotale prædium sic accipimus cum dominium marito quæsitum est, ut tunc demum alienatio prohibeatur.

De dote relegata.L.Dote.Marcellus.

Dotem minorem esse factam aliud est, quod per necessarias impensas accidit,Aliud pignoris nomine retineri dotem ob ea, quæ mulierem inuicem præstare æquum est.

L.i.Vlpianus.

Dotem impensæ minuunt,nõ ad singula corpora,sed ad uniuersitatem erit referendum.

De manumissis testamento.L.Si ita.

Pomponius.

Duodecimo anno & post duodecim ãnos,multum interesse,& ita loqui solemus,Duodecimus annus est, cũ quantumlibet ex duodecimo anno uenisset, aut præterisset.Et qui duodecimo anno liber esse uibetur, omnibus diebus anni liber esse iussus est.

De uerborum obligationibus.L.Stipulationũ

Pomponius.

Duplæ stipulatio uenit à iudice aut ædilis edicto.

De uerborum significatione.L.Boues.

Dum nupta) Hoc sermone Dum nupta erit, primæ nuptiæ significantur.

E.

De gradibus adfinitatis.L.Non facile. Modestinus.

Εκυρὸς apud græcos proprie uiri pater uocetur. ἑκυρὰ uiri mater.

De uerborum significatione.L.Boues. Pomponius.

Edere rationes argentarius uidetur, etiam si quod reliquum sit apud eum, non soluat.

De edendo.L.i. Vlpianus.

Edere est copiam describendi facere, uel in libello cōplecti & dare uel dictare.

Edere) Eum quoque edere Labeo ait qui producat aduersarium suum ad album & demonstrat quid dicturus sit, uel id dicendo quo uti uelit.

L.Si quis. Vlpianus.

Edi autem est uel dictare uel tradere libellum uel codicem proferre.

L.Argentarius.Caius.

Edi autem ratio ita intelligitur si à capite edatur.

De custodia & exhibitione reorū, L. Si seruus Papinianus.

Edictum Domitiani, quo cautum est abolitiones ex senatusconsulto factas ad huiusmodi seruos non pertinere.

De incendio, ruina, naufragio ex.L.Quo naufragio. Vlpianus.

Eiecta, hoc est, quod græci aiūt ἐξοκειλαμένης id est in uadum eiecta illisaque.

De gradibus adfinitatis.L.Non facile. Modestinus.

ἐνάτερες apud græcos duorum fratrum uxores dicun-

tur,quod uno uersu idem Homerus significat.δλαέρων,ἢ γαλόων,ἢ ἐινάτερων ἐυπέπλων.Leuirorum, aut glorium, aut inaterum speciosis peplis.

De damno infecto.L.3.Paulus.

Eius rei sic accipitur siue tota res sit siue pars rei.

De re militari.L.Desertorem.

Modestinus.

Emansor est,qui diu uagatus ad castra regreditur.

De senatoribus.L.Emancipatum.

Vlpianus.

Emancipatum à patre senatore,quasi senatoris filium haberi placet,item Labeo scribit etiam eum qui post mortem patris senatoris natus sit,quasi senatoris filiū esse. Sed eum qui postea quam præter eius de senatu motus est,cōcipitur & nascitur·Proculus & Pegasus opinātur non esse quasi senatoris filium,quorum sententia uera est.Nec enim proprie senatoris filius est is, cuius patre senatu motus est,antequam ipse nasceretur.Sed si conceptus quasi filius intelligeretur.

De.Pœnis.L.Aut facta,

Emansorem) Tempus discernit emansorem à fugitiuo,& effractorem uel furem diurnum a nocturno.

De optione & electione legata.L. Si quis.

Vlpianus.

Embamma aceti numero fuit.

De liberali caussa.L.Non solus.Vlpianus.

Emere sic accipiemus,etiam si per alium quis emerit ut puta procuratorem.

De ædilitio edicto.L.Sciendum.

Vlpianus.

Emptorem eum accipere debemus, qui precio emit.

De legatis.3.L.Item Labeo.

Vlpianus.

E nuptis eã sola continentur, quæ propter eam empta eius fecit maritus.

L. Si quid. Vlpianus.

Emptum paratum) Inter emptum & paratum quid intersit, quæritur, & responsum est in empto paratum inesse, in parato non continuo emptum contineri.

De instrumento uel instrumento legato. L. Cum præter. Papinianus.

Ενθῆκαι dotes prædiorum appellantur.

De suppellectile legata. L. Libertas. Scæuola.

Eo amplius, alterum tantum: id est duplicatum.

De. S. C. Sylaniano. L. i. Vlpianus.

Eodem tecto, qualiter accipiatur uideamus, utrum intra eosdem parietes, an & ultra: ait Sextius sic esse sæpe iudicatum, ut quicunq; eo loci fuerunt, unde uocẽ exaudire potuerunt, hi puniantur quasi sub eodem tecto fuerint. Licet alij ualidioris uocis sint, alij exiguioris, nec omnes undiq; exaudiri possint.

Εργον in uerbo opus, infra uidebis.

De uerborum significatione. L. Verbum. Pomponius.

Erit) Verbum. Erit. interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat, quod est nobis necessarium scire, & cum codicilli ita confirmati testamento fuerunt, quod in codicillis scriptum erit, utrũne futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat, quod q. dem ex uoluntate scribentis interprętãdum est. Quẽadmodum autem hoc uerbum Est, nõ solum præsens, sed & præteritum tempus significat. Ita & hoc uerbum Erit, nõ solum futurum, sed interdum etiam pręteritum tempus demonstrat. Nam cum dicimus Lucius Titius solutus est obligatione, & præteritum &

præſens ſignificamus:ſicut hic Lucius Titius alligatus eſt,idemq́ fiet & cum ita loquimur,Troia capta eſt: non enim ad præſens facti demonſtrationem refertur is ſermo,ſed ad præteritum.

De ædilitio edicto.L.Quis.Vlpianus.

Erronem proprie definimus ſic,qui nunquã fugit,ſed frequenter ſine cauſſa uagatur,& temporibus in res nugatorias conſumptis,ſerius ad dominum redit.

De auro,argento,mundo.L.Cum aurum. Vlpianus.

Eſcarium argentum,quod ad epulandum in miniſterio habuit,id eſt ad eſum & potum.

L.Si uxori.Iabolenus.

Eſſe ſoleat.) Quod domi meæ erit,ſic accipi debere, Eſſe ſoleat,et hoc probo.

L.Scibit.Pomponius.

Eſt) Articulus Eſt,præſentis temporis demonſtrationem in ſe continet.

De hæredibus inſtituendis.L.Si ita. Pomponius.

Et,ſyllaba coniunctionem facit.

De iniurijs & famoſis libellis.L.Iniuriarum. Vlpianus.

Exactæ pecuniæ) Verbum exactæ pecuniæ,non ſolum ad ſolutionem referendum eſt, uerum etiam ad delegationem.

De adquirendo rerum dominio.L.Naturalem.Caius.

Examen quod ex alueo noſtro euolauerit.

De liberali cauſſa.L.Qui de libertate. Furius.

Exauthoratus,id eſt militia remotus,caſtris deijcitur.

De aqua cotidiana & æſtiua.L.i. Vlpianus.

Ex castello,id est ex eo receptaculo,quod aquam publicam suscipit.

De exceptionibus,præscriptionibus,& præiudicijs.L.2.Vlpianus.

Exceptio dicta est,quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendum id quod in intentionem cõdemnationemue deductũ est. Exceptio actorem excludit,replicatio reum.

L.2.Paulus.

Exceptio est conditio,quę modo eximit reum damnatione,modo minuit damnationem.

De actionibus & obligationibus.L.i. Caius.

Ex contractu obligationes nascunt̃,aut maleficio,aut proprio quodam iure,ex uarijs caussarum figuris. Ex contractu obligationes, aut re contrahuntur, aut uerbis,aut consensu.

De exercitoria actione.L.i.Vlpianus.

Exercitorem autem eum dicimus,ad quem obuentiones & reditus omnes perueniunt, siue is dominus sit nauis,siue a domino nauẽ per auersionem cõduxit,uel ad tempus,uel in perpetuum.

De militari testamento.L.i.Vlpianus.

Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit.

De liberis & posthumis.L.i.Vlpianus.

Exhæredare nominatim quid sit uideamus,nomẽ & pronomen & cognomen eius dicendum est,tamẽ sufficit unum ex his.

De uerborum significatione.L.Plus est. Caius.

Exhibere est præsentiam corporis præbere.

De libero homine exhibendo.L.i. Vlpianus.

Exhibere est in publicum producere & uidẽdi tangẽ-

dicp hominis facultatem præbere: proprie autem exhibere extra secretum habere.

De tabulis exhibendis.L.Locum.
Vlpianus,

Exhibere qd sit uideamus, hoc est materiæ ipsius adpræhendendæ copiam facere.

Ad exhibendum.L. Exhibere.Paulus.

Exhibere est facere in publico potestatē, ut ei qui agit experiundi sit copia.

De uerborū significatione.L.Apud Labeonē
Pomponius.

Exhibet) Exhibet, qui mutū, aut furiosum, aut infantē exhibet. non enim potest uideri eius præstare præsentiam, cum nemo ex eo genere præsens satis apte appellari potest.

De optione & electione legata.L.Scilicet.
Vlpianus.

Exhibitionem, hoc est ante degustationem acetum elegerit.

De magistratibus conueniendis & eorum hęredibus.L.i.Vlpianus.

Exigere cautionem magistratus sic oportet, ut pupilli seruus, aut pupillus ipse stipuletur à tutoribus, item fideiussoribus eorum, rem saluam fore pupillo.

De interdictis & relegatis.L.Exilium.
Martianus.

Exilium triplex est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum præter certum locum, aut insulæ uinculum, id est relegatio in insulam.

De extraordinarijs cognitionibus.L.i.
Vlpianus.

Existimatio est dignitatis illesæ status legibus

ac moribus cõprobatus,qui ex delicto nostro authoritate legum aut minuitur aut consumitur.

De incendio,ruina.naufragio.L.i.
Vlpianus.

Ex incendio melius sic accipietur propter incendium, hoc est propter tumultum incendij,uel propter trepidationem incendij rapi.

De iniurijs & famosis libellis.L.Ne magistratibus.Vlpianus.

Ex minoribus magistratibus id est,qui sine imperio, aut sine potestate sunt magistratus.

Ex peccato autem actio,require supra,actio ex.

De actionibus & obligationibus.L.Obligamur.Modestinus.

Ex peccato obligamur,cum in facto quæstionis summa consistit.

De effractoribus & expilatoribus.L.i.
Vlpianus.

Expilatores, q sunt atrociores fures,hoc est λωποδύται

De incendio,ruina,naufragio.L.Quo naufragio.Vlpianus,

Expugnare uidetur,qui in ipso quasi prælio & pugna aduersus nauẽ & ratem aliquid rapit, siue expugnet, siue prædonibus expugnantibus rapiat.

F.

De uerborum significatione.L. Ferri.
Caius.

FAbros lignarios dicimus non eos duntaxat qui ligua dolant,sed omnes qui ædificant.

De uerborum significatione.L.Facere.
Vlpianus.

Facere non oportere, & hanc significationem habet, abstineat quis ab eo facto,quod contra conuentionem fieret & curare ne fiat.

L.Verbum.Papinianus.

Facere) Verbum facere omnẽ omnino caussam faciendi complectitur donandi,soluendi,numerandi,iudicandi ambulandi.

L.Faciendi.Pomponius.

Faciendi uerbo reddendi etiam caussa continetur.

L.Licet.Caius.

Facta gesta) Licet inter gesta & facta uidetur quædam esse subtilis differentia attamen καταχρηστικῶς nihil inter gestum & factum interest.

De uerborum obligationibus.L.Continuus. Venuleius.

Facultas) Est autem facultas personæ commodum incommodumq; non rerum,quæ promittuntur.

De legatis primo.L.Si sic legatum. Vlpianus.

Falsa demonstratio) Inter falsam demonstrationẽ & falsam conditionem siue caussam multum interest. Nam demonstratio falsa non perimat legatum.

De fluminibus.L.i.Vlpianus.

Factum in publico flumine accipere debemus quidquid in aqua factum est.

Ad.L.Corneliam de falsis.L.Si quis. Africanus.

Falsum testamentum id demum recte dicitur,quod si adulterium non esset,uerum tamen testamentum recte diceretur.

L.Quid sit falsum.Paulus.

Falsum quid sit,quærit & uidetur id esse si chirographum alienum imitetur, aut libellum, uel rationem intercidat,uel describat.

De uerborum significatione.L.Paulus. Paulus.

Falsum tutorem(Paulus respondit)eum uere dici, qui

tutor non eſt, ſiue habenti tutor datus ſit, ſiue non: ſic falſum teſtamentum, quod teſtamentũ non eſt, & modius iniquus, qui modius non eſt.

De legatis, 2. L, Peto. Papinianus.

Familiæ appellatione & naturales liberos, uel in ſeruitute ſuſceptos contineri.

De publicanis & uectigalibus. L. Quantæ. Vlpianus.

Familiæ autem appellatione hic ſeruilẽ familiam cõtineri ſciendum eſt.

De religioſis & ſumptibus funerum & ut funus ducere liceat. L. Familiaria. Caius.

Familiaria ſepulchra dicuntur, quæ quis ſibi familiæq; ſuæ conſtituit.

De uerborum ſignificatione. L. Deteſtatio. Vlpianus.

Familiæ appellatione liberi quoq; continentur.

L. Pronunciatio. Paulus.

Familiæ appellatio qualiter accipiatur, uideamus, & quidem uariè accepta eſt. Nam & in res & in perſonas deducitur. In res, ut puta in lege duodecim tabularum his uerbis: Agnatus proximus familiam habeto. Ad perſonas autem refertur familiæ ſignificatio, ita cum de patrono & liberto loquitur lex familiæ in ea (inquit) familia, & hic de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat.

Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiuſdam ſignificationem, quod aut iure proprio ipſorum, aut communi uniuerſæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub unius poteſtate aut natura, aut iure ſubiectæ: utputa patrem familias, matrem familias, filium familias, filiã familias, quiq; uicem deinceps eorum ſequuntur: utputa nepotes, & neptes, & deinceps.

Finium regundorum.L,Item Labeo.
Vlpianus.

Familiæ erciſcundæ iudicium ex duobus conſtat, id eſt rebus, atq; præſtationibus, quæ ſunt perſonales actiones.

Familiam communi iure dicimus omnium agnatorum.

Familiam ſolemus appellare ſeruitutum, ut in edicto prætoris oſtendimus ſub titulo de furtis.

Familiæ appellatio interdicto, unde ui, omnes ſeruos compræhendit. Sed & filij continentur.

Familia plurium perſonarum appellatur, quę ab eiuſdem ultimi genitoris ſanguine proficiſcuntur, ſicuti dicimus familiam Iuliam, quaſi à fonte quodam memoriæ.

Familiæ ſuæ mulier & caput & finis eſt.
L. Familiæ. Caius.

Familiæ appellatione & ipſe princeps familiæ continetur.

Vi bonorum raptorum.L.Prætor.
Vlpianus.

Familiæ autem appellatio, ſeruos continet: hoc eſt eos qui in miniſterio ſunt, & ſi liberi eſſe proponantur: uel alieni bona fide nobis ſeruientes.

De auro, argento, mundo, ornamentis.L.Veſtis.Vlpianus.

Familiaria ueſtimenta ſunt, quæ ad familiam ueſtiendam parata ſunt, ſicuti ſaga.

De ædilitio edicto.L.Aediles.
Vlpianus.

Familiæ appellatione omnes qui in ſeruitio ſunt cõtinentur, etiam liberi homines, qui bona fide ei ſeruiunt, uel alieni ſerui. Accipe eos quoq; qui in poteſtate eius ſunt.

tutor non est, siue habenti tutor datus sit, siue non: sic falsum testamentum, quod testamentũ non est, & modius iniquus, qui modius non est.

De legatis, 2. L, Peto. Papinianus.

Familiæ appellatione & naturales liberos, uel in seruitute susceptos contineri.

De publicanis. & uectigalibus. L. Quantæ.
Vlpianus.

Familiæ autem appellatione hic seruilẽ familiam cõtineri sciendum est.

De religiosis & sumptibus funerum & ut funus ducere liceat. L. Familiaria. Caius.

Familiaria sepulchra dicuntur, quæ quis sibi familiæq; suæ constituit.

De uerborum significatione. L. Detestatio.
Vlpianus.

Familiæ appellatione liberi quoq; continentur.

L. Pronunciatio. Paulus.

Familiæ appellatio qualiter accipiatur, uideamus, & quidem uariè accepta est. Nam & in res & in personas deducitur. In res, ut puta in lege duodecim tabularum his uerbis: Agnatus proximus familiam habeto. Ad personas autem refertur familiæ significatio, ita cum de patrono & liberto loquitur lex familiæ in ea (inquit) familia, & hic de singularibus personis legem loqui constat.

Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communi uniuersæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus, plures personas, quæ sunt sub unius potestate aut natura, aut iure subiectæ: utputa patrem familias, matrem familias, filium familias, filiã familias, quiq; uicem deinceps eorum sequuntur: utputa nepotes, & neptes, & deinceps.

Finium regundorum.L,Item Labeo.
Vlpianus.

Familiæ ercifcundæ iudicium ex duobus conftat,id eft rebus, atq; præftationibus, quæ funt perfonales actiones.

Familiam communi iure dicimus omnium agnatorum.

Familiam folemus appellare feruitutum,ut in edicto prætoris oftendimus fub titulo de furtis.

Familiæ appellatio interdicto,unde ui,omnes feruos comprehendit.Sed & filij continentur.

Familia plurium perfonarum appellatur,quę ab eiufdem ultimi genitoris fanguine proficifcuntur, ficuti dicimus familiam Iuliam,quafi à fonte quodam memoriæ.

Familiæ fuæ mulier & caput & finis eft.

L.Familiæ.Caius.

Familiæ appellatione & ipfe princeps familiæ continetur.

Vi bonorum raptorum.L.Prætor.
Vlpianus.

Familiæ autem appellatio,feruos continet:hoc eft eos qui in minifterio funt,& fi liberi effe proponantur:uel alieni bona fide nobis feruientes.

De auro,argento,mundo,ornamentis.L.Veftis.Vlpianus.

Familiaria ueftimenta funt,quæ ad familiam ueftiendam parata funt,ficuti faga.

De ædilitio edicto.L.Aediles.
Vlpianus.

Familiæ appellatione omnes qui in feruitio funt cõtinentur, etiam liberi homines,qui bona fide ei feruiunt,uel alieni ferui.Accipe eos quoq; qui in poteftate eius funt.

De ui & ui armata.L.i.Vlpianus.

Familiæ autem appellatio seruos continet.

De uerborum significatione.L.Qui uenenū. Caius.

φάρμακον græci dicunt,quod nos appellamus uenenū, apud illos quoqꝫ tam medicamenta,quam quæ nocēt, hoc nomine continētur.Vnde adiectione alterius nominis distinctionem fieri,admonet nos summus apud eos poetarum Homerus,Nam sic ait.φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα,πολλὰ δὲ λυγρά id est.Noxia pmistim,neqꝫ non bona multa uenena.

L.Ostentum. Vlpianus.

φάσματα, græci uocant quod prodigiosum uidetur.

De uerborum significatione.L.Ferri. Caius.

Ferri proprie dicimus,quæ quis suo corpore baiulat.

Ad legem falcidiam.L.Si filius.Paulus.

Fictio legis Cornelię & hæreditatem & hæredem facit eius,qui apud hostes decesserit.

De legatis.3.L.Fideicommissa.Vlpianus.

Fideicōmissum duplex est,Vnum,ut possit petere quātitatem paratus portione cedere.Aliud,ut & si nō petat,tamen cogatur fideicommissario restituere parato præstare quantitatem.

De testamentaria tutela testamento.L.Si quis Vlpianus.

Filiæ appellatione etiam posthuma continetur.

De uerborum significatione.L.Nomen. Vlpianus.

Filiarum nomen & in posthumam cadere,quæstionis non est,Quamuis posthumę nomen non bene cadere in eam,quæ iam in rebus humanis est,certum sit.

De legatis.2.L.Si ita.Pomponius.

Filiarum nomine masculi contineantur accipiendum non est.

L.Lucius Titius.Scæuola.

Filiorum appellatione & naturales liberos,uel in seruitutem susceptos contineri.

De his qui sunt sui uel alieni iuris.L.Nam ciuium.Vlpianus.

Filij & filiæ familiarum,qui sunt in aliena potestate.

L.Filium.Vlpianus.

Filium eum definimus,qui ex uiro & uxore eius nascitur.

De iure deliberandi.L.Qui filium.Iabolenus.

Filij appellatione, libertinus quoq; continetur, Trebatius ait.

Ad.S.C.Tertyllianum.L.Sine.Vlpianus.

Filium uel filiam accipere debemus siue iuste sint ꝓcreati,uel uulgo quæsiti.

De testamentaria tutela.L.Quid si. Vlpianus.

Filij) Aliter filij,aliter nepotes appellantur.

L.Si quis.Vlpianus.

Filiorum appellatione & filiæ continentur.

De liberis & posthumis.L.In suis.Paulus.

Filiusfamilias appellatur paterfamilias,sola nota hac adiecta per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus est.

De uerborum significatione.L.Filij.
Paulus.

Filij appellatione omnes liberos intelligimus.

L.Vt sunt.Paulus.

Finita) Vt sunt iudicio terminata,transactione composita longioris temporis silentio finita.

Ad.S.C.Tertyllianum.L.i.Vlpianus.

Finita uel consensu uel longo silentio sopita.

Finium regundorum.L.i.Caius.

Finium regundorum actio in personam est, licet per uindicationem rei est.

De instrumento uel instrumento legato.L. Quæsitum. Vlpianus.

Fistulæ canales, crateres, & si qua sunt alia ad aquas saliendas necessaria, Item seræ & claues magis domus portio, quam domus instrumentum, sunt.

Si quid in fraudem patroni factum sit.L.i. Vlpianus.

Flauiana actio ad ea reuocanda pertineat, quæ libertus de bonis deminuit.

De origine iuris.L.Necessarium. Pomponius.

Flauianum ius ciuile, hic liber, qui actiones continet. Nam nec Cneus Flauius de suo quicquã adiecit libro, Sed cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones, Cneus Flauius eius scriba libertini filius subreptum librum populo tradidit.

De fluminibus ne quid.L.i.Vlpianus.

Flumen a riui magnitudine discernẽdum est, aut existimatione circum colentium.

Fluminum, quędam sunt perennia, quędam terrestria. Flumẽ perenne, est quod semper fluat, id est ἀέναος, torrens, quod hyeme hoc est χειμάῤῥους flumen publicum esse Cassius deffinit, quod perenne sit.

De senatoribus, L.Fœminę. Vlpianus.

Fœminæ nuptæ clarissimis personis clarissimarũ fœminarum appellatione continentur. Clarissimarũ fœminarum nomine senatorum filię, nisi quæ uiros clarissimos sortitę sunt, non habentur.

Vt in flumine publico nauigare liceat.L.i. Vlpianus.

Fossa receptaculum aquæ manu factum.

De gradibus adfinitatis. L. Iurisconsultus. Paulus.

Frater per utrunq; parentem accipitur, id est, aut per matrem tãtum, aut per patrem, aut per utrunq; id est, ex utroque eodem parente. Sed hic numerum non auget.

L. Iurisconsultus Paulus.

Fratres patrueles quidem ita distinxerunt, qui ex fratribus nati sunt.

L. i. Caius.

Fratres patrueles, sororesq; patrueles, qui quęq; ex duobus fratribus progenerantur.

De statu liberis. L. i. Paulus.

Fraus cum effectu in lege AElia Sentia accipitur.

De iure fisci. L. Non intelligantur. Callistratus.

Fraus legi fieri uideatur, quoties quis neq; testamẽto, neq; codicillis rogaretur, sed domestica cautione & chirographo obligaret se ad præstandum ei, qui capere non potest.

De uerborum significatione. L. Aliud. Vlpianus.

Fraus pœna) Aliud fraus, aliud pœna: Fraus enim sine pœna esse potest, Pœna sine fraude esse non potest: Pœna est noxæ uindicta, Fraus & ipsa noxa dicitˢ, & quasi pœnæ quædam præparatio.

De regulis iuris. L. fraudis. Pomponius.

Fraudis interpretatio, ex consilio consideratur.

Quæ in fraudem creditorum facta sint. L. i. Vlpianus.

Fraudationis) Quæ fraudationis caussa gesta erunt, hæc uerba generalia sunt, & continent in se omnem omnino fraudem.

omnino in fraudem facta, uel alienationem, uel quẽcunq; contractum.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur. L. Fructus. Vlpianus.

Fructus esse constat, qui deducta impensa supererunt.

De petitione hæreditatis. L. Si à patre. Paulus.

Fructus intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum cogendorum, conseruandorum, eorũ gratia fiunt.

De uerborum significatione. L. Frugem. Vlpianus.

Frugem pro reditu appellari: non solum pro frumentis aut leguminibus: uerum & pro eo quod ex uino, uel ex syluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Fruges (Iulianus scribit) omnes esse, quibus homo uescatur falsum esse. Non enim carnes, aut aues ferasúe aut poma fruges dici.

Frumentum autem id esse, quod arista in se teneat recte Gallum definisse.

De instrumento uel instrumento legato. L. quæsitum. Vlpianus.

Frumentum caussa seminis nihil a cibarijs differt.

De ædilitio edicto. L. Quis sit. Vlpianus.

Quis sit fugitiuus definit Ofilius, fugitiuus est q extra domini domũ fugæ caussa quomodo se a domino cælaret, mãsit. Cælius autem fugitiuum esse ait, eum qui ea mẽte discedat, ne ad dominum redeat, tametsi mutato cõsilio ad eũ reuertatur. Cassius quoq; scribit, fugitiuũ esse, qui certo proposito dominũ relinquat. Item apud Viuianum relatum est, fugitiuum ferè ab affectu animi intelligendum esse non utiq; a fuga.

De fugitiuis. L. i. Vlpianus.

Fugitiuum accipe, et si quis erro sit.

Fugitiui autem appellatione ex fugitiua natum non cōtineri Labeo libro primo ad edictum ſcribit.

De uerborum ſignificatione,L.Fugitiuus. Triphonius.

Fugitiuus eſt non is, qui ſolum fugiendi conſilium a domino ſuſcepit,licet id ſe facturum iactauerit ſed qui ipſo facto fugæ initium mente deduxerit.

Fugitiuum quoq;,& erronem,non ſecundum propoſitionem ſolam,Sed cum aliquo facto intelligi conſtat.

De inſtrumento uel inſtrumento legato.L. quæſitum.Vlpianus.

Fulcimenta inſtrumento domus continentur.

De legatis.i.L.Plane ubi.Vlpianus.

Fundum do,lego,ut enim pro parte habeat, uidetur enim fundi appellatione non totum fundum,ſed partem appellaſſe.Nam & pars fundi fundus recte appellatur.

De inſtrumento uel inſtrumento legato.L. Si cui Labeo.

Fundum cum inſtrumento an fundum & inſtrumentum,an fundum inſtrumētum, Inter ea legata hoc intereſt,quod ſi fundo alienato mortuus fuerit,qui ita legauit:ex hac ſcriptura fundum cum inſtrumento,nihil erit legatum ex cæteris poterit inſtrumentum eſſe legatum.

De uerborum ſignificatione.L.quæſtio. Iabolenus.

Fundus eſt omne,quidquid ſolo tenetur.

L.Fundi.Florentinus.

Fundi appellatione omne ædificium,& omnis ager continetur.Sed in uſu urbana ædificia, ædes: ruſtica, uillæ dicuntur.

De religioſis & ſumptibus funerum.L.Fu-

neris. Macer.

Funeris sumptus accipitur, quidquid corporis caussa erogatum est, ueluti unguentorum, preciũ loci in quo defunctus humatus est, & si qua uestiaria sint, uel sarcophagi, & uectura, & quidquid corporis caussa antequam sepeliatur, consumptum est, funeris impensam esse existimo.

De furtis. L. i. Paulus.

Furtum a furno id est nigro dictum, Labeo ait, quod clam & obscure fiat & plerunq; nocte, uel à fraude ut Sabinus ait, & à ferendo, id est auferendo, uel à græco sermone, quod φῶρας appellant fures, imo & græci a ferendo φῶρας dixerunt.

Furtum est contrectatio fraudulosa, lucri faciẽdi gratia, uel ipsius rei, uel etiã usus eius, possessionisúe, quod lege naturali prohibitum est admittere.

L. Furtorum. Caius.

Furtorum genera sunt duo: manifestum, & non manifestum.

L. Fur. Vlpianus.

Fur manifestus, quem græci ἐφαυτοφώρῳ appellant, hoc est, qui deprehenditur cum furto, & parui refert à quo deprehendatur.

L. Nec manifestum. Caius.

Furtum nec manifestum quid sit apparet. Nam quod manifestum nõ est, hoc scilicet nec manifestum est.

L. Inter omnes. Vlpianus.

Fur solus est, qui id attrectauit, quod inuito se domino facere sciuit.

L. In furti. Vlpianus.

In furti actione non quod interest quadruplicatur, uel duplicabitur, sed rei uerum precium.

De pœnis. L. Aut facta. Claudius.

Fur abigẽs) Quãtitas discernit furem ab abigeo. Nã

qui unũ suem subripuerit, ut fur coercebit: qui gregẽ, ut abigeus.

Arborum furtim cæsarum. L. Furtim.
Vlpianus.

Furtim cęsæ arbores uidentur, quæ ignorante domino cælandiq́; caussa eius cæduntur.

L. Furtim. Vlpianus.

Furtim arbores cædit, qui clam cædit.

Vi bonorum raptorum. L. Prætor. Vlpianus

Fur improbior) Iulianus scribit eum, qui rapuit ui, furem esse improbiorem.

G.

De adquirendo rerum dominio. L. Naturalẽ
Caius.

Gallinarum & anserum non est fera natura, palam est alias esse feras gallinas, & alios feros anseres.

De gradibus adfinitatis. L. Non facile.
Modestinus.

Glos) γαλῶς apud græcos, glos uiri soror dicitur.

De auro, argento, mundo, ornamentis. L. Cũ
aurum. Vlpianus.

Gemmæ autem sunt pellucidæ materiæ uelut smaradi, chrysolithi.

De uerborum significatione. L. Generi.
Vlpianus.

Generi appellatione, & neptis, & proneptis, tam ex filio quam ex filia editarum, cæterarumq́; maritos contineri, manifestum est.

De gradibus adfinitatis. L. Non facile.
Modestinus.

Gener, filiæ uir.

De adquirenda uel omittenda hæreditate. L.
Gerit. Vlpianus.

Gerit pro hærede qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attingat hæreditatrium.

De uerborum ſignificetione.L.Verba. Vlpianus.

Geſſerunt,non pertinet ad ius teſtandi.

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum.L.Ita autem.Vlpianus.

Geſſiſſe uidetur tutor quidquid omnio pupillare attigit etiam ſi modicum.

Geſta,require ſupra in uerbo facta.

L,Labeo.Vlpianus.

Geſtum autem rem ſignificare ſine uerbis factam.

Ad municipalem & de incolis.L.Quoties. Vlpianus.

Geſtum autem in rep.accipere debemus pecuuiam tractare,ſiue erogandam decernere.

De minoribus uigintiquinq; annis.L.ait prętor.Vlpianus.

Geſtum ſic accipitur,qualitèr qualiter ſiue contractū ſiue quid aliud contigerit.

De uerborum ſignificatione.L.Sylua. Paulus.

Glans caduca eſt,quæ ex arbore cecidit.

L.Qui uenenum.Caius.

Glandis appellatione omnis fructus continetur(ut Iabolenus ait)exemplo græci ſermonis,apud quos oēs arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur.

De Glande legenda.L.i.Vlpianus.

Glandis nomine omnes fructus continentnr.

Glos,uide ſupra,in uerbo γαλώς.

De poenis.L.Capitalium.Calliſtratus.

Graſſatores,qui predæ cauſſa id faciunt,proximi latronibus habentur.

De ſolutionibus & liberationibus.L.In his

Vlpianus.

Grauior caussa etiam uidetur, quę sub satisdatione debetur, quam ea, quæ pura est.

De administratione & periculo tutorum & curatorum. L. Tutor qui. Iulianus.

Grauissima usura, quæ centesima uocatur siue legitima.

De Abigeis. L. Oues. Calistratus.

Grex) Quidam decem oues gregem esse putauerunt porcos etiam quinq; uel quatuor abactos, equum, bouem unum, abigeatus crimen facere.

H.

De uerborum obligationibus. L. Stipulatio. Vlpianus.

HAbere dupliciter accipitur. Nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est, & eum, qui dominus quidem non est, sed teneret, Deniq; habere rem apud nos depositam solemus dicere.

De uerborum significatione. L. Nemo. Vlpianus.

Habere, sicut peruenire cum effectu accipiendum est.

De locis & itineribus publicis. L. Viæ. Vlpianus.

Habere enim dicit qui utitur, & iure possessionis fruitur, siue opus fecit siue ex caussa conductionis uel emptionis, uel locato, uel hæreditate, uel quo alio modo quæsijt.

De præcario. L. Ait prætor. Vlpianus.

Habere præcario uidetur, qui possessionem uel corporis, uel iuris adeptus est, ex hac solūmodo caussa, quod adhibuit pręces & impetrauit ut sibi possidere aut uti liceat.

De his qui deiecerint uel effuderint. L. i. Vlpianus.

Habitare autem dicimus, uel in suo, uel in cõducto, uel gratuito.

De ui & ui armata. L, i. Vlpianus.

Habuit, omnia hæc habendi uerbo continentur.

De uerborum significatione. L. Sciendum. Paulus.

Hæres) Sciendum est, hæredem etiam per multas successiones accipi. Nam paucis speciebus hæredis appellatio proximum continet.

L. Hæredis. Vlpianus.

Hæredis appellatio, non solum ad proximum hæredem, sed & ad ulteriores refertur. Nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continetur.

L. Hæredis. Vlpianus.

Hæredis appellatione omnes significari successores credendum est, & si uerbis non sunt expressi.

De uulgari & pupillari substitutione. L. i. Modestinus.

Hæredis institutio simplex, ut Lutius Titius hæres esto. Hæredis institutio duplex, ut filius hæres esto, si non erit, tunc Caius Seius hæres esto.

De hæredibus instituendis. L. i. Vlpianus.

Heredem institutum eum quoq; dicimus, qui scriptus non est, sed solum modo nuncupatus.

L. Seruum. Vlpianus.

Hæreditas plerunq; diuiditur in duodecim uncias, quæ assis appellatione cõtinetur. Habent & hæ partes propria nomina ab uncia usq; ad assem hæc, sextans, quadrans, triens, quincũx, semis, septunx, Bes, dodrans, dextans, deunx.

De uerborum significatione, L, Pecuniæ. Vlpianus.

Hæreditas nomen iuris est, quod & accessionem, & decessionem in se recipit. Hæreditas autem uel maxime fructibus augetur.

L. Nihil aliud. Caius.

Hæreditas) Nihil aliud est hæreditas, quam successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit.

L. Hæreditatis. Pomponius.

Hæreditatis appellatio sine dubio continet etiam dãnosam hæreditatem: iuris enim nomẽ est, sicuti honorum possessio.

L. Hæreditatis. Paulus.

Hæreditatis appellatione bonorum quoq; possessio continetur.

De adquirenda uel omittenda hæreditate. L. Lex more.

Vlpianus.

Hæreditas obligat nos æri alieno, etiam si nõ sit soluendo. De ea hæreditate loquimur in qua non succecedunt huiuscemodi personæ, quasi necessariæ.

De petitione hæreditatis. L. Hæreditas.

Papinianus.

Hæreditas enim sine ullo corpore iuris intellectum habet.

Si is qui testamento liber esse iussus erit. L. i.

Vlpianus.

Hæreditas est facti & animi.

De bonorum possessionibus. L. Bona.

Vlpianus.

Hæreditatis autem bonorumue possessio (ut Labeo scribit) non rerum possessio accipienda est, Est enim iuris magis, quam corporis possessio.

De legatis. 3. L. Si Titius.

Caius.

Hæreditatis) Appellatione hæreditatis neq; legata neq; fideicommissa continentur.

De religiosis & sumptibus funerum. L. Familiaria. Vlpianus.

Hæreditaria sepulchra dicuntur autem quæ sibi hæredibusq; suis constituit.

Arborum furtim cæsarum. L. Vitem. Vlpianus.

Hederæ quoq; & arundines arbores non malè dicent. Idem de salicto dicendum est.

De tritico uino & oleo legato. L. Si quis. Vlpianus.

Hydromeli) Nec hydromeli uini appellatione continebitur.

De uerborum significatione. L. Hominis. Caius.

Hominis appellatione, tam fœminam, quam masculū contineri, non dubitatur.

De ui bonorum raptorū & de turba. L. Prætor. Vlpianus.

Homines coactos accipere debemus, ad hoc coactos, ut damnum daretur. Sed si unus homo coactus sit adhuc dicemus homines coactos.

De actionibus & obligationibus. L. In honorarijs. Paulus.

Honorariæ actiones rei persecutionem continent, quibus persequimur quod ex patrimonio nobis abest ut cum agimus cum bonorum possessore debitoris nostri.

Honorariæ actiones supra in uerbo actiones.

De administratione & periculo tutorum. L. Si plures. Vlpianus.

Honorarios uulgo appellamus tutores, qui non administrant, quasi obseruatores actus eius & custodes.

De origine iuris.L.Necessarium.
Pomponius.

Honorarium ius quod ad honorem prætoris uenerat.

De solutionibus & liberationibus.L.Quod si.Vlpianus.

Honorarij) Sunt quidem tutores, qui honorarij appellantur, sunt qui rei notitiæ gratia dantur, sunt qui ad hoc dantur, ut gerant.

De muneribus & honoribus.L.Honor.
Callistratus.

Honor municipalis est administratio reip. cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens.

De uerborum significatione.L.Quos nos.
Caius.

Hostes.) Quos nos hostes appellamus, eos ueteres perduelles appellabant per eam adiectionem indicãtes, cum quibus bellum esset.

L.Hostes.Pomponius.

Hostes hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decreuimus. Cæteri latrones, aut prædones sunt.

De captiuis & de postliminio & de redemptis ab hostibus.L.Hostes, Vlpianus.

Hostes sunt quibus bellum publice populus Romanus decreuit, uel ipso populo Romano. Cæteri latrunculi uel prædones appellantur.

I.

De ui & ui armata.L.i.Vlpianus.

IBi, ad omnem partem possessionis, qua quis caruit, cum deijceretur.

De fideicommissarijs libertatibus.L.Ergo quandiu.Vlpianus.

Idoneè.) Quid idoneè cauere est satisdato utiq; aut

pignoribus datis.

De uſu & uſufructu & reditu & habitatione. L. illi. Iulianus.

Illi cum illo, perinde eſt, acſi ita illi & illi legaſſet.

De collatione. L. Cum emancipati. Paulus,

In bonis filium habere, quod deducto ære alieno ſupereſt.

De uerborum ſignificatione. L. Subſignatum Paulus.

Incertus poſſeſſor eſt, quem ignoramus.

De uerborum obligationibus. L. Stipulationum. Vlpianus.

Incerta ſtipulatio) Vbi autẽ non apparet, quid, quale, quantum qui in ſtipulatione, incertam ſtipulationẽ dicendum eſt, ut ſi quis ſtipulatur hominem generaliter, ſine proprio nomine.

De riuis. L. i. Vlpianus.

Incile autem eſt locus depreſſus ad latus fluminum ex eo dictus, quod incidatur, inciditur enim, uel lapis, uel terra, Vnde primum aqua ex flumine agi poſſit.

De uerborum ſignificatione. L. Pupillus. Pomponius.

Incola eſt qui in aliquam regionem domicilium ſuũ contulit, quem græci πάροικον appellant, nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, ut intra eum ſe quaſi in aliquam ſedem recipiant.

Incorporalem, ſupra in uerbo corporalem.

De iniurijs & famoſis libellis. L. i. Vlpianus.

In corpus fit iniuria, cum quis pulſatur.

De tritico, uino & oleo legato. L. Si cui.
Pomponius.

In cupis autem siue in cupulis.

De his quæ in testamento delentur. L. i.
Vlpianus.

Inducta accipiendum est, & si producta sint.

De captiuis & de postliminio. L. Postliminiū.
Paulus.

Induciæ sunt cum in breue & in presens tempus cō-uenit, ne inuicem se lacesserent, quo tempore non est postliminium.

De adquirenda uel omittenda hæreditate. L.
Ventre. Papinianus.

In familia retentus, qui in potestate mansit.

De auro, argento, mundo, ornamentis. L. Cū
aurum. Vlpianus.

Infecti autem argenti appellatio rudem materiam cō-tinet, id est non factam.

De manumissis uindicta. L. Sciendum.
Paulus.

In fraudem legis AEliæ Sentiæ, in fraudem creditorum.

De usu & usufructu. L. In fructu.
Iabolenus.

In fructu id esse intelligitur quod ad usum hominis inductum est.

De legatis primo. L. Cum seruus.
Paulus.

Quod in fructibus dicitur, hoc & in pensionibus urbanornm ędificiorum intelligendum erit.

De statu hominum. L. Et seruorum.
Martianus.

Ingenui sunt qui ex matre libera nati sunt.
L. Ingenuum. Vlpianus.

Ingenuum accipere debemus eum de quo sententia lata est, quamuis fuerit libertinus, quia res iudicata pro ueritate accipitur.

De actionibus & obligationibus. L. Qui seruus. Paulus.

Iniuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa.

De iniurijs & famosis libellis. L. i. Vlpianus.

Iniuria ex eo dicta est, quod nõ iure fiat, Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur.

Ad legem Aquiliam. L. i. Vlpianus.

Iniuriam autem hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam quandam, sed quod non iure factum est, hoc est, si contra ius & culpa, quis occiderit.

De iniurijs & famosis libellis. L. i. Vlpianus.

Iniuria fit re, quoties manus inferuntur.

Iniuria fit uerbis, quoties non manus inferuntur, sed conuicium fit.

De in ius uocando. L. i. Paulus.

In ius uocare est iuris experiundi caussa uocare.

De liberali caussa. L. Quod autem. Vlpianus.

In libertate fuisse sic est accipiendum, ut non se liberũ doceat is qui liberale iudicium patit, sed in possessione libertatis sine dolo malo fuisse.

Quorum bonorum. L. i. Vlpianus.

In locum successisse accepimus, siue per uniuersitatem siue in rem sit successum.

De pœnis. L. In metallum, Hermogenianus.

In metallum & in ministeriũ metallorum damnati serui efficiuntur scilicet pœnæ.

L. Aut damnum. Vlpianus.

In metallum,in opus.) Inter eos qui in metallum & eos qui in opus metalli dãnantur,differẽtia in uinculis tãtum est,quod qui in metallum dantur, grauioribus uinculis premuntur,qui in opus metalli,leuioribus.

De noxalibus actionibus.L.Quoties. Vlpianus.

In potestate,sic accipere debemus,ut facultatem & potestatem exhibendi eius habeat.

De fugitiuis. L.i.Vlpianus.

In publicum deduci intelliguntur & qui magistratibus municipalibus traditi sunt, uel publicis ministerijs.

De in rem uerso.L.Quod seruus. Vlpianus.

In rem autem uersum uidetur,siue id ipsum quod seruus accepit,in rem domini conuerterit, ueluti si triticum accipit & id ipsum in familiam domini cibariorum nomine consumpsit, aut si pecuniam à creditore acceptam dominico creditori soluerit.

De actionibus & obligationibus.L.Actionum.Vlpianus.

In rem actio est,per quam rem nostram quæ alio possidetur,petimus & semper aduersus eum est,qui rẽ possidet.

De noui operis nunciatione.L.De pupillo. Vlpianus.

In re præsenti in ipso opere,hoc est,in re ipsa nunciatio facienda sit.

De iniurijs & famosis libellis.L.Vlpianus.

Iniuria autem specialiter dicitur contumelia, interdũ iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur,ut in lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem,iniuriam dicimus.Nam cum quis iniq; uel iniuste sententiam dixerit,ex eo iniuriam dicam quod

iure & iustitia caret quasi non iniuriam.

De operis libertorum. L. In seruitutem.
Iulianus.

In seruitutem petisse is uidetur, qui ex libertate petit in seruitutem.

De ui & clam. L. Si alius.
Vlpianus.

In solo fieri accipimus, & si quid circa arbores fiat, nõ tamen si quid circa fructum arborum.

De institoria actione. L. Institor.
Vlpianus.

Institor appellatus est, ex eo quod negocio gerendo insistat, nec multum facit, tabernę sit propositus, an cui libet alij negociationi.

L. Quicunq;. Vlpianus.

Institor) Quicũq; igit negociationi præpositus est, institor recte appellabitur. Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus uestiarij, uel lintearij dant uestem circunferendam, uel distrahendam, quos uulgo circuitores appellamus. Sed etiam muliones institores proprie appellet, Item fullonum & sarcinatorũ præpositus. Sed & stabularijq; loco institorum habendi sunt. Sed & si tabernarius seruum suum peregrè mitteret ad merces comparandas & sibi mittendas loco institoris habendum Labeo scribit.

L. Institor. Paulus.

Institoris est qui tabernæ locóue ad emendum uendendum ue præponitur, qui ue siue loco ad eundem actum præponitur.

De uulgari & pupillari substitutione, L. I.
Modestinus.

Instituti hæredes, primo gradu, substituti secundo, uel tertio.

De iustitia & iure. L. Iustitia. Vlpianus.

Iustitia est constans & perpetua uolũtas ius suum cuiqꝫ tribuens.

De bonorum possessione contra tabulas. L. Non tantum. Vlpianus.

Instituti non possunt, hæc uerba ad mortis tempus referuntur.

De hæredibus instituendis. L. i. Vlpianus.

Institutum hæredem supra in uerbo hæredem.

De uerborum significatione. L, Instrato. Vlpianus.

Instrato omne uestimentum contineri, quod iniicitur, Labeo ait, neqꝫ enim dubium est, quin stragula uestis sit, quod græci περίστρωμα uocant, In uictu ergo uestem accipiemus non stragulam, instratum omnem stragulam uestem.

De instrumento uel instrumento legato. L. Instrumento. Vlpianus.

Instrumento fundi ea esse, quæ fructus quærendi, cogendi, conseruandi gratia parata sunt.

Instrumenta cogendi, torcularia, corbes falces messoriæ, falces fœnatoriæ, quali uindemiarij, exceptorij, in quibus uuæ comportantur.

Instrumenta conseruandi ut dolia, Cupæ.

L. Quæsitum. Vlpianus.

Instrumentum est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri possessio nequiret.

Cassius dicebat instrumenti ea esse, quæ ad tutelam domus pertinerent.

L. Taberna. Paulus.

Instrumenta tabernæ, non nisi loci instrumenta sunt, ut doliaria uasa, uectiones.

L. Villæ. Alphenus.

Inſtrumenti uineæ palos,perticas,raſtros,ligones eſſe Cornelius reſpondet.

L.Si nauem.Labeo.

Inſtrumentum autem cuiuſcunqꝫ rei neceſſe alterius generis eſſe,atqꝫ ea cuius ſit,Pomponio placuit.

De uerborum ſignificatione.L. Inſtructum Vlpianus.

Inſtrumentum autem tabernam, ſic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negociationem paratis conſtat.

L.Notionem.Vlpianus.

Inſtrumentorum appellatione quæ comprehendantur perquàm difficile erit ſeparare. Quæ enim proprie ſint inſtrumenta, propter quæ dilatio danda ſit inde cognoſcemus,ſi in preſentia perſonæ,quæ inſtruere poſſit,dilatio petatur(puta qui actum geſſit, licet in ſeruitute, uel qui actor fuit conſtitutus) putemus uideri inſtrumentorum cauſſa peti dilationem.

De fide inſtrumentorum.L.i.Paulus.

Inſtrumentorum nomine ea omnia accipienda ſunt quibus cauſſa inſtrui poteſt,& ideò tam teſtimonia quam perſonæ inſtrumentorum loco habentur.

De uerborum ſignificatione.L.Vrbana. Pomponius.

Inſularius autem urbanorum numero eſt.Videndum tamen eſt,ipſe dominus,quorum loco quemqꝫ habuerit,quod ex numero familiæ & uicarijs apparebit.

De adquirendo rerum dominio.L. Ergo ſi. Pomponius.

Tribus modis inſula in flumine fit. Vno cum agrum, quì aluei non fuit,amnis circũfluit. Altero cum locũ, qui aluei eſſet, ſiccum reliquit & circunfluere cœpit. Tertio cum paulatim colluendo locum eminentem, ſupra alueum fecit & eum alluendo auxit.

De uerborum significatione. L. Cum bis. Celsus.

Inter Calarem mensem Cato putat addititium esse, omnesq; dies eius pro momento temporis obseruat, extremoq; diei mensis Februarij tribuit. Quintus Mutius. Mensis autem intercalaris constat ex diebus uiginti octo.

De interdictis seu extraordinarijs actionibus. L. i. Vlpianus.

Interdictorum tres sunt species, Exhibitoria prohibitoria, restitoria.

Interdictorum quaedam in praesens, quaedam in praeteritum referuntur. In praeteritum, ut de itinere actuq; & de aqua aestiua.

Interdictorum quaedam sunt annalia, quaedam perpetua.

L. Interdictorum. Paulus.

Interdictorum quaedam duplicia sunt, quaedam simplicia. Duplicia dicunt, ut uti possidetis. Simplicia sunt ueluti exhibitoria & restitutoria. Item prohibitoria de arboribus caedendis.

Interdicta quae ad rem familiarem spectant, aut adipiscendae sunt possessionis, aut recuperandae, aut retinendae.

Interdicta adipiscẽdae possessionis, in uerbo adipiscendae. Quorum bonorum saluianum quorum interdictũ quod est de pignoribus.

Vnde ui. L. Interdicta. Paulus.

Interdicta noxalia ea sunt, quae ob delictum eorum quos in potestate habemus, dantur: ueluti cum ui deiecerunt, aut ui aut clam opus fecerunt.

De furtis. L. Si is. Sabinus.

Interesse autem eius uidetur qui damnum passurus est non eius qui lucrum facturus est.

De ſuis & legitimis hæredibus.L.i.
Vlpianus.

Inteſtati proprie appellantur, qui cum poſſent teſtamentum facere,teſtati non ſunt.

De uerborum ſignificatione.L.Inteſtatus.
Paulus.

Inteſtatus eſt,non tantum qui teſtamentum non fecit, ſed etiam cuius ex teſtamento hæreditas adita nõ eſt.

De legitimis tutoribus.L.inteſtato.
Paulus.

Inteſtatus autem uidetur non tantum is,qui teſtamẽtum non fecit,ſed & is qui teſtamento liberis ſuis tutores non dedit.

De ſucceſſorio edicto,L.i.
Vlpianus.

Intra dies centum bonorum poſſeſſionem peti poſſe ita intelligendum eſt,ut & ipſo die centeſimo bonorũ poſſeſſio peti poſſit.

De muneribus & honoribus.L.Reſcripto.
Vlpianus.

Intributiones,quæ ex agris fiunt,uel ædificijs,poſſeſſoribus indicuntur.

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.L,
Inuitum.Vlpianus.

Inuitum autem in ſeruitutibus accipere debemus non ſolum qui contradicit,ſed & qui non conſentit.

De ritu nuptiarum.L.in eo iure.
Vlpianus.

Inuitum accipere debemus,eum qui non conſenſit.

De ædilitio edicto.L.ædiles.Vlpianus.

Iumentorum appellatione,an omne pecus contineatur,uideamus,& difficile eſt,ut cõtineatur.Nam aliud ſignificat iumentum , aliud ſignificatur pecoris appellatione.

De aqua & aqua pluuia arcenda.L.i.

Vlpianus.

Imbre autem crescere eam aquã dicimus quę colorem mutaret, uel increfceret.

De uerborum significatione.L.Malum.

Iabolenus.

Immissum, proiectum) Inter proiectum & immissum hoc interesse, ait Labeo, quod proiectum esse id quod ita proueheretur, ut & nusquã requiesceret, qualia mœniana & subgrundæ essent.

Immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret ueluti tigna, trabes, quæ immitterentur.

Impensę dotem minuũt, supra, dotem.

De pœnis.L.Respiciendum.

Martianus.

Impetu aut delinquũt, cum per ebrietatem ad manus, uel ad ferrum uenitur.

De iuridisctione.L.Imperium.

Vlpianus,

Imperium aut merum, aut mistum est. Merum imperium est, habere gladij potestatem, ad animaduertẽdũ in facinorosos homines, quod etiam potestas appellat. Imperium est mistum, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit, ut iuridictio iudicis dandi licentia.

De uerborum significatione.L.Impensæ.

Paulus.

Impensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit.

Impensæ utiles esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotẽ faciant deteriorem esse non sinant, ex quibus reditus mulieri adquiratur, sicuti arbusti pastinatione ultra quam necesse fuerat, item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari ignorantem, uel

inuitam non oportet: ne cogatur fundo aut munici-pijs carere. In his impensis & pistrinum & horreum insulæ dotali adiectum plerunq; dicimus.

Impensæ uoluptuariæ, quę speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: ut sunt uiridiaria, aquæ salientes, incrustationes loricationes, picturæ.

De conditionibus & demonstrationibus, L. Quibus diebus. Iabolenus.

Impensę uerbo Ofilius negat precium significari, sed eos sumptus, quos fecisset.

De impensis in rebus dotalibus factis, L. i. Vlpianus.

Impensæ necessariæ hæ dicuntur, quæ habent in se ne cessitatem impendendi.

L. Quod dicitur.

Impensæ utiles sunt, quas maritus utiliter facit, queq; rem mulieris meliorem reddunt.

L. Voluptuariæ. Paulus.

Impensæ uoluptuariæ sunt quas maritus ad uolup-tatem fecit, & quæ speciem exornant.

L. impensa, Vlpianus.

Impensæ necessariæ sunt, quibus non factis dos mi-nuitur, Vt flumina auertere, uetera fulcire.

De noui operis nunciatione, L. De pupillo. Vlpianus.

Imposititiam caussam noui operis nunciationis, cum quis postea quam ius suũ deminuit, alterius auxit, hoc est posteaquam seruitutem ædibus suis imposuit, cõtra seruitutem fecit.

De muneribus & honoribus. L. Munerum. Arcadius.

Irenarchæ qui disciplinę & corrigẽdis moribus prę-ficiuntur.

De iniusto, rupto, irrito facto testamento. L.

Si quis. Vlpianus.

Irritum fit teſtamentum, quoties ipſi teſtatori aliquid contigit, ut puta, ſi ciuitatem amittat per ſubitam ſeruitutem.

L.i. Papinianus.

Irritum conſtituitur teſtamentum, non adita hæreditate.

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. L. Inter actum. Modeſtinus.

De hæredibus inſtituendis. L. Ex facto. Vlpianus.

Italicarum) Rerum autem italicarum uel prouincialium ſignificatione, quæ res accipiendæ ſint, uidendum eſt. Et facit quidem totum uoluntas defuncti. Nã quid ſenſerit ſpectandum eſt.

Rerum italicarum ſignificatione, eas contineri quas perpetuo quis ibi habuit, aut ita diſſpoſuit ut perpetuo haberet, quas in Italia eſſe teſtator uoluit, hæ res credantur italicæ.

Iter eſt enim quo quis pedes uel eques cõmeare poteſt.

L.i. Vlpianus.

Iter eſt ius eũdi, ambulandi, hominis, non etiam iumẽtum agendi.

De edendo. L. Veluti. Paulus.

Iterum) Vox iterum duas res ſignificat, Altera eſt qua demonſtratur tempus ſecundum quod græci δεύτερον dicunt, Altera quod ita accipitur quoties opus erit. Nam poteſtas fieri ut bis editam ſibi rationem quis prodiderit ut uerbum Iterum, pro ſæpius accipiatur.

De iuſtitia & iure. L.i. Vlpianus.

Iuris) Nomen iuris a iuſtitia appellatum.

Nã ut elegãter Celſus definit, ius eſt ars boni & æqui.

Ius publicum eſt quod ad ſtatum rei Romanæ ſpe-

ctat in facris.

Ius priuatum quod fingulorum utilitatem: ius priuatum eft tripertitum, Collectum enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

Ius naturale eft, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius iftud non humani generis proprium, fed omnium animalium, quæ terra mariq; nafcuntur, auiũ quoq; commune eft, hinc defcendit maris atq; fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus.

Ius gentium, quo gentes humanæ utuntur, hoc folis hominibus inter fe commune eft, naturale omnibus animantibus.

L. Manumiffiones. Vlpianus.

Iure gentium tria hominum genera effe cœperunt liberi & ijs contrarium ferui, & tertium genus libertini, qui defierant effe ferui.

L. Ius ciuile. Vlpianus.

Ius ciuile eft, quod neq; in totum a naturali, uel gentium recedit, neq; per omnia ei feruit. itaq; cũ aliquid uel detrahimus iuri communi, Ius proprium, id eft, ciuile efficimus: hoc ius noftrum conftat, aut ex fcripto, aut fine fcripto, ut apud græcos τῶν νομῶν οἱ μὲν ἔγγραφοι οἱ δὲ ἄγραφοι.

L. Ius autem. Papinianus.

Ius autem ciuile eft, quod ex legibus plebifcitis, fenatufconfultis, decretis principum, authoritate prudentum uenit.

Ius prætorium quod prætores introduxerũt ad iuuandi, uel fupplendi, uel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter utilitatem publicam quod & honorarium dicitur ab honore prætorum fic nominatum.

L. Nam & ipfum.

Martianus.

Ius honorarium uiua uox est iuris Ciuilis.

L.Omnes populi.

Caius.

Quod quisq; populus ipse sibi ius constituit.

Ius proprium) Id ipsius ciuitatis proprium est, uocaturque ius ciuile quasi ius proprium ipsius ciuitatis.

Ius gentium) Quod uero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur, uocaturq; ius gentium, quo iure omnes gentes utantur.

L.Iustitia.Vlpianus

Iuris præcepta sunt hæc, honeste uiuere, alterum non ledere, suum cuiq; tribuere.

Iuris prudentia est diuinarum atq; humanarum rerum notitia, iusti atq; iniusti scientia.

L.Ius pluribus.Paulus.

Ius pluribus modis dicitur, uno modo cum id quod semper bonum ac æquum est, ius dicitur, ut est ius naturale, Altero modo quod omnibus, aut pluribus in quaq; ciuitate utile est. ut est ius ciuile. Alia significatione ius dicitur, locus in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit in eo ubi fit, quem locum determinare hoc modo possumus, ut ubicunq; prætor salua maiestate imperij sui, saluoq; more maiorum ius dicere constituit. Is locus recte ius appelletur.

Nonnunquam. Martianus.

Ius etiam pro necessitudine dicimus ueluti est cognationis, uel adfinitatis.

De adquirendo rerum dominio. L.i.

Caius.

Ius ciuile, ius proprium ciuitatis nostræ.

De interrogationibus in iure faciendis. L. Voluit. Vlpianus.

Ius. (Sic accipiendum est) eum solum locum esse, ubi iuris dicundi uel iudicandi gratia consistat, uel si domi, uel in itinere hoc agat.

L. i. Caius.

Ius gentium quod ratione naturali inter omnes homines peræque seruatur.

De uerborum significatione. L. Iudicasse. Vlpianus.

Iudicasse est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse.

Ad. S. C. Tertyllianum. L. i. Vlpianus.

Iudicata debemus ab eo accipere, cui iudicandi ius fuit.

De uerborum obligationibus. L. Stipulationũ Pomponius.

Iudiciales stipulationes sunt, quæ duntaxat à mero iudicis officio proficiscuntur, ut de dolo cautio.

De prætoris stipulationibus. L. i. Vlpianus.

Iudiciales stipulationes eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, ut ratum fiat, ut iudicatum solui.

De militari testamento. L. Dotalem. Paulus.

Iulia lex inhibet alienationem fundi dotalis.

De origine iuris. L. Necessarium. Pomponius.

Ius ciuile Papyrianũ non quia Papyrius de suo quidquã ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in unũ composuit.

De uerborum significatione. L. Quid aliud. Celsus.

Iura prædiorum) Quid aliud sint iura prædiorum

quam ipsa prædia, qualiter se habentia ut bonitas salubritas, amplitudo.

De legibus & senatusconsultis. L. Ius singulare. Paulus.

Ius singulare est quod contra tenorem rationis, propter aliquam utilitatem, authoritate constituentium introductum est.

De in rem uerso. L. i. Vlpianus.

Iussum autem accipiendũ est siue testamẽto quis, siue p epistolam, siue uerbis aut per nũcium, siue specialiter in num contractum iusserit siue generaliter.

De adquirenda, uel omittenda hæreditate. L Si quis. Vlpianus.

Iussus eius, qui in potestate habet, non est similis tutoris authoritati, quæ interponitur perfecto negocio, sed præcedere debet, ut Caius Cassius libro secundo iuris ciuilis scribit.

De legatis. 3. L. Non aliter. Vlpianus.

Iuuenem existimari posse eum, qui adolescentis excessisset ætatem, quo ad inciperet inter seniores numerari.

L.

Ne quid in flumine publico. L. i. Vlpianus.

LAcus est quod perpetuam habet aquam.

De legatis. 3. Si cui. Vlpianus.

Lanæ appellatione continetur siue facta sit, siue infecta, Sabinus etiam netam contineri putat, cuius sententia utimur.

Lanæ appellatione eatẽnus extendi placet, quatẽnus ad telam peruenit, & sciendum est quoq; succidam, & lotam contineri, si modo tincta non sit.

De auro, argento, mundo ornamentis. L. Cũ aurum. Vlpianus.

Lapilli autem contrariæ gemmis naturę, ut obſidiani, ueientani.

L. Quintus. Vlpianus.

Laſanum uirorum uas ad alui excrementa capienda, teſte Polluce.

Lata culpa, ſupra in uerbo culpa.

Quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur. L. Fulcinius. Vlpianus.

Latitare eſt non (ut Cicero definit) turpis occultatio ſui, poteſt enim quis Latitare non turpi de cauſſa, ueluti qui tyranni crudelitatem timet, aut uim hoſtium, aut domeſticas ſeditiones.

Latitare autem eſt, cum tractu aliquo.

Latitare, quemadmodum factitare eſt frequēter facere.

Latitare dicitur qui occurſum creditoris euitet.

Quorum bonorum. L. i. Vlpianus.

Quod legatorū eſt autem & ipſum adipiſcendæ poſſeſſionis Cauſſam hanc continet, ut quod quis legatorum nomine, non ex uoluntate hæredis occupauit, id reſtituat hæredi.

De legatis. 2 L. i. Vlpianus.

Legatum in alterius arbitrio collocatum, placuit pro uiri boni arbitrio accipi.

L. Legatum. Modeſtinus.

Legatum eſt donatio teſtamento relicta.

De adimendis uel tranſferendis legatis, uel fideicommiſſis. L. Tranſlatio. Paulus.

Legati tranſlatio fit, quatuor modis, aut enim a perſona in perſonam tranſfertur, aut ab eo qui dare iuſſus eſt, tranſfertur, ut alijs detur, aut cum res per ſe datur, ut pro fundo decem aurei, aut quod purè datū eſt, trāſfertur ſub conditione.

De legatis primo. L. Legatum. Florentinus.

Legatum est deliberatio hæreditatis, qua testator ex eo quod uniuersum hęredis foret alicui quid collatum uelit.

De origine iuris. L. Necessarium.

Pomponius.

Leges xiȷ.tabularum a græcis ciuitatibus per decem uiros petitæ, ut ciuitas legibus fundaretur exactis regibus, quas in tabulas eburneas proscriptas, Pro rostris composuerūt, ut possent apertius percipi. Datumq; est eis ius eo anno in ciuitate summum, uti & leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur, neq; prouocatio ab eis, sicut a reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi cum animaduerterunt aliquid deesse illis primis legibus, Ideoq; sequēti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt, & ita ex accidēte appellatæ sunt Leges duodecim tabularum. Quarum ferendarum authorē fuisse decem uiris Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia quidam retulerunt.

De actionibus & obligationibus. L Obligamur. Modestinus.

Lege obligamur, cum obtemperantes legibus aliquid secundum pręceptum legis, aut contra facimus.

De manumissionibus. L. Lege.

Paulus.

Lege Fania prohibetur seruus, qui plagium admisit, ꝑ quo dominus intulit, intra decem annos manumitti, in hoc tamen non testamenti facti, sed mortis tempus intuebimur.

De uerborum significatione, L. Nominis.

Vlpianus.

Verbum ex Legibus sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex uerbis.

De origine iuris. L. Necessarium.

Pomponius.

Legis actiones ex xij. tabulis compositæ, quibus inter se homines disceptarent. quas actiones ne populus, ut uellet institueret, certas solemnes esse uoluerunt.

Ad legem falcidiam. L. Si filius. Paulus.

Legem falcidiam (dixit Paulus) inductam esse a diuo Pio & intestatorum successionis propter fideicommissa.

De legibus senatusq; consultis. L. Legis. Modestinus.

Legis uirtus est imperare, uetare, permittere, punire.

De his qui in testamento delentur, inducuntur, uel inscribuntur. L. 1. Vlpianus.

Legi autem sic accipiendum non intelligi, sed oculis perspici, quæ scripta sunt. Cæterum si extrinsecus intelliguntur, non uidebuntur legi posse.

De legitimis tutoribus. L. i. Vlpianus.

Legitimi tutores qui ad legitimam hæreditatem admitti possunt.

Vnde legitimi & unde adgnati. L. 2. Vlpianus.

Legitimi, quibus legitima potuit deferri hæreditas.

De legitimis tutoribus. L. Legitimos. Vlpianus.

Legitimos tutores nemo dat, sed lex xij. tabularum facit tutores.

De his qui notantur infamia. L. Athletas. Vlpianus.

Lenocinium facit, qui quæstuaria mancipia habet.

De ritu nuptiarum. L. Palam. Vlpianus.

Lenas autem eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt.

Lenam accipimus & eam quæ alterius nomine hoc uitæ genus exercet.

De donis damnatorum. L. Diuus.

Calliſtratus.

Leues annulos, id eſt, qui rem non excedant aureorum quinque.

De gradibus adfinitatis.L.Non facile.

Modeſtinus.

Leuir apud græcos δαὴρ appellatus ut eſt apud Homerum relatum, ſic enim Helena ad Hectorem dixit.

δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς κακομηχάνου ὀκρυοέσσης

Leuir mei canis, omnis mali cauſitricis, horridæ.

De legibus & ſenatuſconſultis & longa cōſuetudine.L.i.Papinianus.

Lex eſt commune præceptum, uirum prudentium cōſultum, delictorum quæ ſponte uel ignorantia contrahuntur coërcitio, communis reipublicæ ſponſio.

Ad legem Aquiliam.L.i.Vlpianus.

Lex aquilia plebiſcitum eſt, cum eam aquilius tribunus plebis a plebe rogauerit.

De ſtatu liberis.L.Generaliter. Caius.

Lex AElia Sentia nō impediat libertatem id eſt ſi ſoluendo ſit, nec ob id creditores uideantur fraudari.

De uſucapionibus & uſurpationibus.

Lex Atinia, Et furtiua res non uſucapiatur, niſi in poteſtatem eius, cui ſubrepta eſt reuertatur, ſic acceptum eſt, ut in domini poteſtatem debeat reuerti.

De operis libertorum.L.Si necem.Paulus.

Lex Cornelia, quæ teſtamentum ſic confirmat, atq; ſi in ciuitate deceſſerit libertus captus ab hoſtibus ibiq; deceſſerit.

De ſtatuliberis.L.Statuliberi.

Pomponius.

Lex duodecim tabularum. Emptionis uerbo omnem alienationem complexa uideatur.

Vnde uir & uxor.L.i.Vlpianus.

Lex Iulia de maritandis ordinibus retinet libertam in

matrimonio,dum eam prohibet ali nubere inuito patrono.

Lex Iulia de adulterijs nisi certo modo diuortium factum sit,pro infecto habet.

De usurpationibus & usucapionibus.L. Nõ solum.Paulus.

Lex Iulia & Plautia ea demum longa possessione capi quæ ui possessa fuissent.nõ etiam ex quibus ui quis deiectus fuisset.

L.Sequitur.Paulus.

Lex Voconia) Eam usucapionem sustulit lex Voconia,quæ seruitutem constituit,non etiam eam quæ libertatem præstat sublata seruitute.

De uerborum significatione.L.Liberorum. Callistratus.

Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq;,qui ex his descendunt, continentur, Hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim taburarum comprehendit.

De statu hominum.L.& seruorum. Martianus.

Liberorum) Et seruorum una est conditio,liberorũ autem hominum multæ,quidam ingenui sunt,quidã, libertini.Serui autem in dominium nostrum redigũtur aut iure ciuili aut iure gentium,Iure gentium,ut si quis se maior uiginti annis ad precium participandũ uenire passus est.

L.Libertini.Caius.

Libertini sunt,qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

De extraordinarijs cognitionibus.L.i. Vlpianus.

Liberalia autem studia accipimus quæ græci ἐλευθερία μαθήματα appellant.

De fideicommissarijs libertatibus.L.Si quis,

Martianus.

Libertas non priuata, sed publica res est.

De statu hominum. L. Libertas.

Florentinus.

Libertas est naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, nisi si quid ui aut iure prohibetur.

De captiuis & de postliminio & de redemptis. L. Non dubito. Proculus.

Liber autem populus est is, qui nullius alterius potestati subiectus est, siue qui foederatus est.

De uerborum significatione. L. Cognoscere.

Papinianus.

Liberorum appellatione continētur, non tantum qui sunt in potestate, sed omnes qui sui sunt iuris: siue uirilis, siue fœminini sexus sunt, exúe fœminis descendentes.

L. liberationis. Paulus.

Liberationis uerbum eandem uim habet, quam solutionis.

L. Scæuola. Scæuola.

Liberorum) Scæuola respondit, semper acceptum esse, ut liberorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamēto, uel posteriore loco manumitterentur: nisi manifeste is, a quo peteretur, contra defuncti uoluntatem doceret peti.

De legatis. 3. L. librorum.

Vlpianus.

Librorum appellatione continentur omnia uolumina, siue in charta, siue in membrana sunt, siue in quauis alia materia.

De gradibus adfinitatis. L. Iurisconsultus.

Paulus.

Liberi uocantur usq; ad trinepotem.

De excuſationibus tutorum & temporibus eorum. L. libertum. Modeſtinus.

Liberorum patroni appellatione, hanc non in primo gradu conſiſtere hoc eſt in filium & filiam, ſed & in nepotes ex utroq; latere, & eos qui deinceps ſunt.

De ſenatoribus. L. liberos. Vlpianus.

Liberos ſenatorum accipere debemus, non tantum ſenatorum filios, uerum etiam omnes, qui geniti ex ipſis, uel ex liberis eorum dicantur, ſiue naturales, ſiue adoptiui ſint, liberi ſenatorum ex quibus nati dicuntur.

De ſtatu hominum. L. Summa. Caius.

Omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſerui.

De pœnis. L. Moris. Vlpianus.

Liberos non tantum filios accipere debemus, uerum omnes liberos.

De uerborum ſignificatione. L. Non eſt, Caius.

Habet liberos, ſemper pro pluratiuo numero profertur ſic & pupillares & codicilli.

L. liberti. Vlpianus.

Liberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

Qui ſatiſdatione cogantur uel iurato. L. Fide iuſſor. Vlpianus.

Liberoſúe ſuos accipimus, & ex fœminino ſexu deſcendentes liberos.

De ſuis & legitimis hæredibus. L. Inteſtato. Vlpianus.

Libertum accipere debemus eum, quem quis ex ſeruitute ad ciuitatem romanam perduxit, ſiue ſponte, ſiue neceſſitate, quum rogatus fuit eum manumittere. Nã & ad huius legitimam hęreditatem admittitur.

De in ius uocando.L. Sed si hac.
Vlpianus.

Liberos parentes,patroni patronæue,utriusq; sexus accipere debemus.

Liberos autem secundum Cassiũ(ut in parentibus) & ultra trinepotem accipimus.

De operis libertorum.L.Idem erit.
Vlpianus.

Liberos eius cui adsignatus est,accipere debemus non solum filios uerum etiam nepotes & neptes & deinceps descendentes.

De legibus & senatusconsultis.L.libertum.
Caius.

Libertini sunt qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

De donationibus inter uirum & uxorem.L. Nullum.Paulus.

Libertum accipere etiam eum qui a patre,auo, proauo & cæteris sursum uersum manumissus sit.

De natalibus restituendis.L.Patrono.
Modestinus.

Libertinus qui natalibus restitutus est perinde habetur atq; si ingenuus natus,medio tẽpore,maculam seruitutis non sustinuisset.

De institoria actione.L. Institor.
Vlpiauus.

Libitinarius quem græci κηδεστὴν uocant.

De legatis.3.L.ligni.Vlpianus.

Lignorum appellatione,in quibusdam regionibus(ut in Egypto ubi arundine pro lingo utuntur,& arundines & papyrum conburitur)& herbulæ, uel uepres continebuntur.Quid mirum, cum græci & ea ξύλα & naues ξυληγὰς appellant quæ hæc ἀπὸ τῶν ὕλων deducant.

L.ligni.Vlpianus.

Ligni appellatione nomen generale est. Sed sic separantur, ut sit aliud materia, aliud lignum. Materia est quæ ad ædificandum fulciendumúe necessaria est. Ligni quidquid comburendi caussa paratum est, quo ad nullam aliam rem nisi ad comburendum possit uti ueluti uirgæ, carbones, nuclei oliuarum.

Ligni appellatione contineri quod nondum minutatim sit concisum, si iam concidendo fuit destinatum.

De testamentaria tutela. L. Ex sententia. Papinianus.

Liboniani senatusconsulti sententia est, ne is sit tutor qui se in testamento tutorem scripserit.

Vbi quis agere, uel conueniri debeat. L. Si filiusfamilias. Vlpianus.

Litem suam) Iudex tunc litem suam facere intelligitur cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit.

De uerborum significatione. L. litis. Vlpianus.

Litis nomen omnem actionem significat, siue in rem, siue in personam sit.

L. littus. Celsus.

Littus est quousque maximus fluctus a mari peruenit, id que Marcum Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse.

L. littus. Iabolenus.

Littus publicum est eatènus, quatenus maxime fluctus æstuat, idem iuris est in lacu nisi is totus priuatus est.

Locati & conducti. L. i. Paulus.

Locatio & conductio cum naturalis sit & omnium gentium non uerbis sed consensu contrahitur, sicut emptio & uenditio.

De uerborum significatione. L. Quos nos. Caius.

Locuples est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit.

L. Locus. Vlpianus.

Locus est nõ fundus, sed portio aliqua fundi: pleruncꝫ locũ sine uilla accipimus. Cæterum adeo opinio nostra & constitutio locum a fundo separat, ut & modicus locus possit fundus dici, Si fundi animo eum habuerimus. Non enim magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio. nec non & fundus locus constitui potest. Nam si eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur.

Loci appellationem non solum ad rustica, uerum ad urbana quocꝫ prædia pertinere, Labeo scribit, Sed fundus quidem suos habet fines, locus uero latere potest, quatenus determinetur & definiatur.

De penu legato. L. Qui penum. Vlpianus.

λογάριον ratiuncula.

De seruitutibus rusticorum prædiorum. L. lumen. Paulus.

Lumen id est ut cœlum uideatur, Prospectus etiam ex inferioribus locis est, lumen ex inferiore loco esse nõ potest

De uerborum significatione. L. Frugem. Vlpianus.

Lupinum uero & fabas fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur, quæ Seruius apud Alphenum in frumento contineri putat.

M.

De Muneribus & honoribus. L. Munerum. Arcadius.

MAgigophori qui agonothetas in certaminibus comitantur.

De origine iuris.L.Neceſſarium.
Pomponius.

Magiſtratuum edictum, unde ius honorarium naſcitur.

De uerborum ſignificatione.L.Quibus præcipua.Paulus.

Magiſtri magiſtratus) Quibus præcipua cura rerũ incumbit,& qui magis, quam cæteri diligentiam & ſollicitudinem rebus,quibus præſunt,debent:hi magiſtri appellantur,quinetiam & ipſi magiſtratus per deriuationem a magiſtris cognominantur, Vnde etiam cuiuſlibet diſciplinæ præceptores magiſtros appellari a monendo uel monſtrando.

De origine iuris,L. Neceſſarium.
Pomponius.

Magiſtri equitum dictatoribus iungebantur ſic quo modo regibus tribuni celerum,quod officium ferè tale erat,quale hodie præfectorum prætorio,magiſtratus tamen habebantur legitimi.

De exercitoria actione,L.i.Vlpianus.

Magiſtrum nauis accipere debemus, cui totius nauis cura mandata eſt,

Magiſtrum autem accipimus non ſolum quem exercitor propoſuit,ſed & eum,quem magiſter.

Ap.S.C.Tertyllianum.L.i.Vlpianus.

Magna capitis deminutio interuenit,quæ uel ciuitatẽ adimat ut puta ſi deportetur.

De uerborum ſignificatione.L.Magna.
Paulus.

Magna negligentia culpa eſt,magna culpa dolus eſt.

Ad legem Iuliam maieſtatis.L.i.
Vlpianus.

Maieſtatis crimen eſt illud,quod aduerſus populum Romanũ uel aduerſus ſecuritatem eius committitur

De origine iuris.L.Iuriſconſultus.
Paulus.

Maiores appellantur ulteriores,qui non habent ſpecia le nomen.

Ad.L.Corneliam de Siccarijs & ueneficijs.L.
Eiuſdem.Martianus.

Mali ueneni) Adiectio autem iſta Mali ueneni oſtẽdit eſſe quædam & non mala uenena,ergo nomen mediũ eſt,& tam id quod ad ſanãdum, quam id quod ad occidendum paratum eſt continet, Sed & id quod amatorium appellatur.

De uerborum ſignificatione.L.Malum.
Iabolenus.

Malum nauis eſſe partem,artemonem autem non eſſe Labeo ait,& uerius eſt: quia pleræq; naues ſine malo inutiles eſſent.Ideoq; pars nauis habetur.

Artemon autem magis additamento, quam pars nauis eſt.

Malum.Vide ſupra dolum malum.

De ſtatu hominum.L.libertas.Florentinus.

Mancipia uero dicta ſunt,quod ab hoſtibus manu capiuntur.

De iuſtitia & iure.L.i.Vlpianus.

Eſt autem manumiſſio de manu datio.Nam quandiu quis in ſeruitute eſt,manui & poteſtati ſuppoſitus eſt, & manumiſſus liberatur poteſtate.

De origine iuris.L.Neceſſarium.
Pomponius.

Marcus Cato princeps Porciæ familiæ,cuius & libri extant, ſed plurimi filij eius ex quibus cæteri oriũtur.

De auro,argento,mundo.L.Cum aurum.
Vlpianus.

Margaritas autem nomine gemmis ne lapillis contineri Sabinus ait.

De origine iuris.L.Iurisconsultus.
Paulus.

Matertera ea est matris soror.
Matertera magna ea est auiæ soror.
Matertera maxima ea est abauiæ soror patris,uel matris matertera maior.
Matertera maior hęc est,soror proauiæ patris,uel matris matertera magna.

De liberis exhibendis,item ducendis.L. Deinde.Vlpianus.

Mater familias) Cum audis matrem familias, accipe notæ authoritatis fœminam.

Ad.L.Iuliam de adulterijs coercendis & stupro.L.Materfamilias.Papinianus.

Materfamilias significatur non tantum nupta,sed etiã uidua.

De uerborum significatione.L.Pronunciatũ Vlpianus.

Matremfamilias accipere debemus eam,quæ non inhoneste uixit,matrem enim familias à cæteris fœminis mores discernũt atq; separant.Proinde nihil intererit nupta sit,an uidua:ingenua sit,an libertina.Nam neq; nuptæ,neq; natales faciunt matremfamilias sed boni mores.

Matrimonium supra ius naturale.

De legatis.3,L.Nuper.
Pomponius.

Mea uina,uidetur pro conditione hoc uerbum mea esse,ut ea demum quæ illius sint uideantur legata,quod incertum corpus legatur, si uero certum, ad uerbum meum non est respiciendum.

L.Nuper.Pomponius.

Vestem quæ,Mea erit,sine dubio pro conditione accipiendum puto.

De collusione detegenda.L.Si libertinus.
Vlpianus.

Medio autem tempore id est ante quam collusio detegatur,& post sententiã de ingenuitate latã utiq; quasi ingenuus accipitur.

De extraordinarijs cognitionibus.L.i.
Vlpianus.

Medicos fortassis quis accipiet etiam eos qui alicuius partis corporis,uel certi doloris sanitatem pollicentur utputa si auricularius si fistulæ,uel dentium.

De excusationibus tutorum & temporibus earum.L.Si duas.Modestinus.

Medici qui & περιοδίοι uocantur.i.circuitores.

De conditionibus institutionum.L.Si testamento.Vlpianus.

Meus quatenus accipiatur quæritur?& si quidem alienauerim in seruo usufructum, nihilominus meus est.

De triticaria actione.L.i.
Vlpianus.

Mercem autem peculiarem, non sicuti peculium accipimus,quippe peculium deducto quod domino debetur accipitur,Mere peculiaris etiam si nihil in peculio dominũ tributoria obligat.Ita demum si sciẽte eo negociabitur.

De uerborum significatione.L.Mercis.
Africanus.

Mercis appellatione homines non contineri,Mela ait, & ob eam rem mangones,nõ mercatores,sed uenaliciarios appellari ait,& recte.

L.Mercis.Vlpianus.

Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.

L.Recte dicimus.Paulus.

Nec falso dictum est, meum esse, Cuius non potest

ulla pars dici alterius esse, hoc & Iulianus & est uerius.

L.Meorum.Paulus.

Meorum & tuorum appellatione actiones quoq; cõtineri dicendum est.

Ad.S.C.Trebellianum.L.Si legatus. Martianus.

Meorum & tuorum appellatione etiam actiones cõtineri dicendum est.

Meta, supra in uerbo catillus.

Ex quibus caussis maiores in integrum restituantur.L.Metus. Vlpianus.

Metus autẽ caussa abesse uidetur, qui iusto timore mortis, uel cruciatu corporis conterritus abest.

Quod metus caussa gestum erit.L.Metum. Vlpianus.

Metum autem pręsentem accipere debemus non suspicionem inferendi eius, & ita Pomponius libro uicesimo octauo scribit.

Metus) Ait enim metum accipiendum, si illatus est timor ab aliquo.

De uerborum significatione.L.Mille. Martianus.

Mille passus non à muro urbis, sed a continentibus ædificijs numerandi sunt.

De auro, argento, mundo.L.Cum aurum. Vlpianus.

Miliarium ubi milium coquitur.

De militari testamento.L.i.Vlpianus.

Miles autẽ appellatur, uel a militia id est duritia quam pro nobis sustinet aut a multitudine, aut a malo, quod arcere milites solent a græco uerbo χίλιοι unde χιλιάστυς factum est. Nam ita græci τάγμα. Et mille hominum

numerum appellant, quasi milesimum quemque dicas, unde ipsumque ducem χιλίαρχον appellant.

Ad legem iuliam de adulterijs coercendis & stupro. L. Si maritus. Vlpianus.

Minorem uiginti quinque annis & eum accipimus qui annum uicesimum quintum ætatis agit.

De extraordinarijs cognitionibus. L. i. Vlpianus.

Minuitur existimatio quoties manente libertate circa statum dignitatis pœna plectitur, cum quis ordine mouetur.

De uerborum significatione. L. Verbum. Paulus.

Minus solutum uidetur, etiam si nihil esset exactum.

De muneribus & honoribus. L. Munerum, Arcadius.

Mista munera sunt διακαπρωτίαι, δεκαπρωτίαι ut Herennius Modestinus & notando & disputando bene & optima ratione decreuit.

Mistæ actiones, supra actiones mistæ.

De his qui notantur infamia. L. Quod ait, Vlpianus.

Missionis genera. Est quædam honesta quæ emeritis stipēdijs, uel ante ab imperatore indulgetur. Est Caussaria quæ propter ualetudinem laboribus militiæ soluit. Est ignominiosa, ignominiosa autem missio toties est, quoties is qui mittit, addidit nominatim ignominiæ caussa se mittere, semper enim debet addere, cur miles mittatur. Est & quartū genus missionis, si quis euitandorum munerum caussa militiam subisset. Hæc autem missio existimationem non lædit, ut est sæpissime rescriptum.

De re militari. L. miles. Macer.

Missionum generales caussæ sunt tres, honesta causa-

ria,ignominiosa.Honesta est quæ tempore militiæ impleto datur.Causaria,cum quis uitio animi,uel corporis minus idoneus militiæ renunciatur. Ignominiosa caussa est,cum quis propter delictum sacramento soluitur.

De uerborum significatione.L,Monentium. Celsus.

Monentium,item mobilium appellatione idem significamus,si tamen apparet,defunctum animalia duntaxat,quæ se ipsa mouerent,mouentia uocasse,quod uerum est.

De religiosis & sumptibus funerum.L.Locũ. Vlpianus.

Monumentum est quod memoriæ seruandæ gratia existit.

L.Funeris.Macer.

Monimẽtum autem sepulchri id esse diuus Hadrianus rescripsit,quod caussa muniendi eius loci factum sit,in quo corpus positum sit.

L.Monumentum.Florentinus.

Monumentum generaliter res est memoriæ cã in posterum prodita,in qua,si corpus,uel reliquiæ inferantur fit sepulchrum:si uero nihil eorum erit monumẽtum memoriæ caussa factum,quod græci κενοτάφιον appellant.

De uerborum significatione.L.Morbus. Iabolenus.

Morbus sonticus est,qui cuiq; rei nocet.

De mortis caussa donationibus.L.Mortis. Caius.

Mortis caussa capitur,cum propter mortem alicuius capiendi occasio obuenit, Exceptis his figuris quæ proprio nomine appellantur,certe enim & qui hæreditario aut legati,aut fideicommissi iure capit ex mor

te alterius nanciſcitur capiendi occaſionem:ſed quia proprio nomine hæ ſpecies capiendi appellãtur, Ideo ab hac definitione ſeparantur.

L.Mortis cauſſa.Iulianus.

Mortis cauſſa capimus non tunc ſolum cum quis ſuæ mortis cauſſa nobis donet, ſed & ſi propter alterius mortem id faciat.

De uerborum ſignificatione.L.Qui mortui. Paulus.

Mortui) Qui mortui naſcuntur, neq; nati neq; procreati uidentur, quia nunquam liberi appellari potuerunt.

L.Intelligendus.Caius.

Intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in utero relictus eſt.

L.Mulieris.Caius.

Mulieris appellatione etiam uirgo uiripotens continetur.

De auro, argento, mundo, ornamentis.L.Veſtis.Vlpianus.

Muliebria ueſtimenta ſunt, quæ matriſfamilias cauſſa præparata ſunt, quibus uir non facile uti poteſt, ſine uituperatione, ueluti ſtolæ, pallia.

L.Plantius.Paulus.

Muliebria) Illa demonſtratio Muliebria, neq; ueſti, neq; mundo, applicari, ſalua ratione recti ſermonis, poſſit.

De legatis.3.L.Qui duos. Iulianus.

Mulorum appellatione etiam mulæ, quemadmodum appellatione ſeruorum & ſeruæ, plerumq; continerentur.

De tritico, uino, & oleo legato.L.Qui uinum Proculus.

Mulſum,paſſum, defructum: item uuas,ficus,palmas, caricas.

De uerborum ſignificatione.L.Aliud eſt. Vlpianus.

Multa) Inter multam autem & pœnam multum intereſt: cum pœna generale nomen ſit omnium delictorum coërcitio:Multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt,pœna autem non tantum pecuniaria, uerum capitis & exiſtimationis irrogari ſolet,Et Multa quidã ex arbitrio eius uenit, qui multam dicit:pœna non irrogatur niſi quæ qua lege, uel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt:quĩ imo Multa ibi dicitur, ubi ſpecialiter Pœna non eſt impoſita.Item Multam is dicere poteſt,cui adiudicatio data eſt.Magiſtratus ſolos & præſides prouinciarum poſſe Multam dicere mãdatis permiſſum eſt,Pœnam autem unuſquiſq; irrogare poteſt, cui huius criminis ſiue delicti executio competit.

De auro,argento,mundo,ornamentis.L. Argumento.Vlpianus.

Mulieres omnes dici quęcunq; ſexus fœminini ſunt.

Muliebria ornamenta ſunt,quibus mulier ornatur,ueluti inaures,armillæ,uiriolæ,anuli.

Muliebris mundus eſt quo mulier mundior fit.

De muneribus & honoribus.L.i. Hermogenianus.

Munerum ciuilium quædam ſunt patrimonij,alia perſonarũ.Patrimonij ſunt mumera rei uehicularis, Itẽ nauicularis decemprimatus.Perſonalia munera ſunt ciuilia munera, defenſio ciuitatis. (Id eſt ut ſyndicus fiat)legatio ad cenſus accipiendos καμηλασία camelorum agitatio exhibitioq;.

Munus perſonale eſt quod cum corporibus, cum labore,cũ ſolitudine animi,ac uigilãtia prĩcipaliter exiſtitit,

Munus patrimoniale uero in quo ſumptus maxime poſtulantur.

Munera, quæ patrimonijs indicuntur, duplicia ſunt, Nam quædam poſſeſſoribus iniunguntur, ſiue municipes ſunt, ſiue non ſunt, quædam non niſi municipibus, uel incolis.

L.Honor.Calliſtratus.

Munus autem publicum, aut priuatum eſt Publicum munus dicitur quod in adminiſtranda republica cum ſumptu ſine titulo dignitatis ſubimus.

L.Munerum.Arcadius.

Munerum ciuilium triplex diuiſio eſt. Nam quædam munera perſonalia ſunt, quædam patrimoniorum dicuntur; alia miſta.

Munera perſonalia ſunt, quæ animi prouiſione & corporalis intenſione, ſine aliquo generis detrimēto perpetrantur, ueluti tutela, cura.

Munera patrimoniorum ſunt, quæ ſumptibus patrimonij & damnis adminiſtrantis expediunt.

Munera patrimoniorum ſunt duplicia. Nam quædam ex muneribus, poſſeſſionibus, ſine patrimonijs indicuntur, ueluti agminales equi, uel mulæ.

Munera miſta, ſupra, in uerbo miſta.

Hæc omnia munera quæ trifariam diuiſimus, una ſignificatione cōprehenduntur. Nam & perſonalia & patrimoniorum & miſta munera, ciuilia ſeu publica appellantur.

De uerborum ſignificatione. L. Munus.

Paulus.

Munus tribus modis dicitur uno donum, & inde munera dici, dari, mittiue. Altero onus, quod cum remittatur, uacationem militiæ muneriſq; præſtat, inde immunitatem appellari. Tertio officium: unde munera militaria, & quoſdam milites munifices uocari, igitur

& municipes dici,quod munera ciuilia capiant.

L.Inter donum.Paulus.

Munus Labeo ait esse speciem,Nam munus est donum cum caussa ut puta natalicium,nuptiarum.

L.Pupillus.Pomponius.

Munus publicum est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos uniuersosq; ciues, remque eorum imperio magistratus extraordinaria peruenit.

L.Munus.Martianus.

Munus proprie est, quod necessario subimus lege: more,imperioue eius,qui iubendi habet potestatem.

Ad municipalem & de incolis.L.i.

Vlpianus.

Municipes proprie appellantur muneris participes,recepti in ciuitatem, ut munera nobiscum facerent, sed nunc abusiue municipes dicimus suos cuiusq; ciuitatis ciues,ut puta Campanos, Puteolanos.

L.Municipes.Paulus.

Municipes intelligendi sunt & hi,qui in eodem municipio nati sunt.

Municipes,Paulò ante in uerbo,munus.

De auro,argento,mundo,L.Cum aurum.

Vlpianus.

Murrhina autem uasa in gemmis non esse Cassius scribit.

De actionibus & obligationibus.L.i.

Caius.

Mutui autem datio consistit in his rebus quæ pondere numero,mensura,constant.

Mutus) Non de eo muto nos loqui,qui tardius exaudit,sed qui omnino non exaudit.

De rebus creditis.L.Mutuum.

Paulus.

Mutuum damus recepturi non eandem speciem quod dedimus (alioquin commodatum erit, aut depositum) sed idem genus. Nam si aliud genus ueluti si pro tritico uinum recipiamus non erit Mutuum.

Mutui datio consistit in his rebus quæ pondere, numero mensura constant.

Mutui) Appellata est autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit.

N.

De adquirendo rerum dominio. L. Naturalem. Caius.

NAturalem antem libertatem recipere intelligitur, cũ semel, uel oculos nostros effugerit, uel ita sit in conspectu nostro, ut difficilis sit eius persecutio.

De fideiussoribus & mandatoribus. L. Fideiussor. Vlpianus.

Naturales autem obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua eorum nomine competit: uerum etiam cum soluta pecunia repeti non potest. Nam licet minus proprie debere dicantur naturalis actionis debitorem, per abusionem tamen intelligi possunt debitores & qui ab his pecuniam recipiunt, debitum sibi recepisse.

De noui operis nunciatione. L. De pupillo. Vlpianus.

Naturalem caussam noui operis nunciationis, cum in nostras ædes quid immittitur, aut in nostro ædificatur.

Nautæ Caupones stabularij, ut recepta recipiant. L. i. Vlpianus.

Nautam eum dicimus, qui nauem exercet, quãuis nautæ appellentur omnes, qui nauis nauigandæ caussa in naui sunt. Sunt quidam in nauibus, qui custodiæ gratia, nauibus præponuntur ut ναυφύλακες.

De liberis & posthumis hæredibus instituẽdis. L. Quod dicitur. Vlpianus.

Natum accipere & si execto uentre editus sit.

De tritico uino & oleo legato. L. Cum certus Iulianus.

Quod natum erit, taxationis uicem continere hæc uerba.

De exercitoria actione. L. i, Vlpianus.

Nauem accipere debemus, siue marinam, siue in aliquo stagno nauiget, siue scheda sit, Quædam naues sunt onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) ἐπιβάδες.

Furti aduersus nautas, caupones, stabularios. L. i. Vlpianus.

Nauigandi autem caussa accipere debemus eos, qui adhibentur ut nauis nauiget, hoc est nautas.

De fluminibus ne quid. L. i. Vlpianus.

Nauigium solemus dicere etiam ipsam nauem.

Nauigij appellatione etiam rates continentur.

De agnoscendis, uel alendis liberis. L. Necare. Paulus.

Necare uidetur non tantum is, qui partum præfocat, sed & is qui abijcit, & alimenta denegat, & qui publicis locis misericordiæ caussa exponit, quam ipse non habet.

De actionibus & obligationibus. L. Obligamur. Modestinus.

Necessitate obligamur, quibus non licet aliud facere, quam quod præceptum est, quod euenit in necessario hærede.

De testamentaria tutela.L.Quod si.
Vlpianus.

Nepotes) Aliter filij,aliter nepotes appellantur.
De gradibus adfinitatis.L.Iurisconsultus.
Paulus.

Nepos dupliciter intelligitur ex filio, uel ex filia natus,idem est & in nepte.
De statuliberis.L.Labeo.Papinianus.

Videtur) Videbitur, pro hoc accipi debet,uideri poterit,hic & uerba Legis duodecim tabularũ ueteres interpretati sunt, *Si qua pluuia nocet*, id est nocere poterit.
De legatis.3.L.Legatis.Martianus.

Negociationis appellatione non continetur cubicularij serui,uel obsonatores,uel qui piscationibus præpositi essent Labeonis sententia.
De uerborum significatione.L.Nominis.
Caius.

Nominis appellatione rem significari,Proculus ait.
L,Nominis.Vlpianus.

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem continet.

Nomen iuris supra,iuris nomen.
De legibus & senatusconsultis.L.2.
Martianus.

Νόμος ἐστὶν, ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει id est.

Lex est,cui omnes obtemperare conuenit, cum ob alia multa,tum uero maxime eo,quod omnis lex inuẽtum ac munus deorum est,consultum prudentium hominum,coercitio eorum,quæ uel sponte,uel ignorantia delinquuntur,communis sponsio ciuitatis,ad cuius

præſcriptum omnes, qui in ea republica ſunt, uitam inſtituere par eſt.

ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα, καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τ' εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προσακτικὸν μὲν, ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ, ὧν οὐ ποιητέον.

Lex tam diuinarum quam humanarum rerum omniũ regina eſt, quo magis conuenit, ut non ſolum rebus honeſtis turpibusq; præſideat: ſed etiam principatum ac ducatum teneat: & per hoc regulam præſcribat iuſtis ſimul & iniuſtis: ut pote quæ animantibus natura ad colendam ciuitatem idoneis, facienda iubeat, prohibeatq; non facienda.

De ſtatu liberis. L. *Si cum*.
Paulus.

Non diu, id eſt non minus decennio.

De legatis. 3. L. Lucius.
Scæuola.

Nondum præceptum, quod eſt ſine prohibitione.

Ad legem Corneliam de falſis. L. *Si* quis.
Africanus.

Non iure factum teſtamentum id appellatur in quo ſi omnia facta eſſent, iure factum diceretur.

De bonorum poſſeſſionibus. L. Secum.
Paulus.

Notas literas non eſſe Pedius libro uiceſimo quinto ad edictum ſcripſit.

De fugitiuis. L. i. Vlpianus.

Notæ autem uerbo etiam cicatrices continentur.

De re iudicata. L. Ait prætor.
Vlpianus.

Notionis nomẽ etiam ad eos pertinet, qui iuriſdictionem non habent: ſed habent, de quauis alia cauſſa notionem.

De uerborum significatione. L. Notionem.
Vlpianus.

Notionem accipere debemus, & cognitionem & iurisdictionem.

L. Sylua. Paulus.

Noualis est terra proscissa, quæ anno cessauit, quam Græci νέαχιν uocant, Integra autem est, in qua nōdum dominus pascendi gratia pecus immisit.

De nouationibus & obligationibus. L. i.
Vlpianus.

Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem, uel ciuilem, uel naturalem transfusio atq; translatio, hoc est cū ex pręcedenti caussa, ita noua constituitur, ut prior perimatur.

Nouatio enim a nouo nomen accepit, & à noua obligatione.

De impensis in rebus dotalibus factis. L. Veluti. Paulus.

Nouelletum uinea ex nouellis uitibus consita.

De iniusto, rupto, irrito facto testamento. L. Posthumi. Vlpianus.

Nominatim exhæredatus posthumus uidetur siue ita dixerit. Quicunq; mihi nascetur siue ita, uenter hæres esto, posthumus exhæres esto.

De legatis, 3. L. nominatim.
Paulus.

Nominatim legatum, accipiendum est, quod a quo legatum sit, intelligitur, licet nomen pronunciatum non sit.

De gradibus adfinitatis. L. Non facile.
Modestinus.

Nouerca uxor, liberis ex alia uxore natis, dicitur.

De ritu nuptiarum. L. Adoptiuus. Paulus.

Nouerca per se patris uxor.

De publicanis & uectigalibus & commissis. L. Interdum. Martianus.

Nouicia mancipia intelliguntur quæ anno nondum seruierint.

De noui operis nunciatione. L. i. Vlpianus.

Nouum opus facere uidetur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid pristinam faciem operis mutat.

Nuntiatio fit, aut iuris nostri conseruandi caussa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia.

L. De pupillis. Vlpianus.

Noui operis nunciatione triplicem esse caussam, aut naturalem, aut publicam, aut imposititiam.

De uerborum significatione. L. Recte dicimus. Paulus.

Nostrum) Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiã cuius usufructus alienus est: quia usufructus non dominij pars, sed seruitutis est, ut uia & iter.

De ædilitio edicto. L. Quis sit. Vlpianus.

Noxas accipere debemus priuatas hoc est ea quæcunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudicijs noxalibus.

Si quadrupes pauperiem. L. i. Vlpianus.

Noxia est ipsum delictum.

De uerborum significatione. L. Plebs. Caius.

Noxæ appellatione omne delictum continetur.

De noxalibus actionibus. L. i. Caius.

Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu

ſed ex noxa atq; maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur.

Ad.S.C,Tertyllianum.L.Siue ingenua. Vlpianus.

Nudum nomen ſui hæredis eſt quoties rem non habet.

De actionibus & obligationibus.L.Obligamur.Modeſtinus.

Nudus conſenſus ſufficit obligationi, quamuis uerbis hoc exprimi poſſit.

De ritu nuptiarum.L.i.Modeſtinus.

Nuptiæ ſunt coniunctio maris, & fœminæ,conſortiū communis uitæ, diuini & humani iuris communicatio.

De uerborum ſignificatione.L.Nurus. Paulus.

Nurus appellatio etiam ad pronurum,& ultra porrigenda eſt.

De gradibus adfinitatis.L.Labeo. Vlpianus.

Nurum mihi eſſe nepotis ex filia mea nati uxorem Labeo ſcribit.

De ritu nuptiarum.L,Adoptiuus. Paulus.

Nurus filij uxor.

Nurus quoq; appellatione non tantum uxor filij, ſed & nepotis & pronepotis continetur,licet quidem has pronurus appellent.

De gradibus adfinitatis.L.non facile. Modeſtinus.

Nurus filij uxor.

O.

De actionibus & obligationibus.L.Obligationum.Paulus.

OBligationum ferè quatuor caussæ sunt, aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus, aut accessio.

L.obligamur.Modestinus.

Obligamur re, cum res ipsa intercedit.

Obligamur uerbis, cum præcedit interrogatio & sequitur congrua responsio.

Obligamur re & uerbis pariter, cum & res, & interrogatio intercedit.

De liberali caussa.L.Obligatus.

Vlpianus.

Obligatum.uel ipsi uenditori accipere debemus, uel alij obligatum.

Obligatum accipere debemus, si exceptione tueri se non potest. Cæterum si potest, dicendum est non esse obligatum.

Mandati, uel contra.L.i.Paulus.

Obligatio mandati consensu contrahentium consistit Ideo per nuncium quoq;, uel per epistolam mandatū suscipi potest. Item siue rogo, siue nolo, siue mando, siue aliud quodq; uerbum scripserit, mandati actio est.

Obprobrium, uide infra probrum.

De re iudicata.L.Si se non.

Vlpianus.

Obtulisse autem se uidetur liti, qui iudicio pro domino se obtulit.

De tritico, uino & oleo legato.L.Si quis.

Vlpianus.

Oenomeli, id est, dulcissimum uinum, uini appellatione continebitur.

Ad legem Aquiliam.L.Qua actione.

Vlpianus.

Occisum autem accipere debemus, siue gladio, siue

etiam fuste, uel alio telo, uel manibus, uel capite.

De senatusconsulto Silaniano. L. i.

Vlpianus.

Occisorum appellatione eos contineri, Labeo scribit, qui per uim, aut cædem sunt interfecti, puta iugulatum, strangulatum, præcipitatum, uel saxo, uel fuste, uel quo alio telo.

De noui operis nunciatione. L. i.

Vlpianus.

Opera futura, quæ nondum facta sunt, ne fiant.

De seruis seruorum. L. i. Vlpianus.

Opera in actu consistit, nec ante in rerum natura est.

De operis libertorum. L. i. Paulus.

Operæ sunt diurnum officium.

L. Cum patronius. Caius.

Operarum editio nihil aliud est, quam officij præstatio.

De uerborum significatione. L. Sæpe.

Vlpianus.

Ope Consilio, dubitatum est, quemadmodum accipienda sunt, utrum ex sententia coniungentium, an separantium. Sed uerius est (quod & Labeo ait). Separatim accipienda, quia aliud factum est eius, qui ope, aliud eius, qui consilio furtum facit. Sic enim alij condici potest, alij non potest. Et sanè post ueterũ authoritatem eo peruentum est, ut nemo ope uideatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: ne consilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit.

De furtis. L. In furti. Vlpianus.

Opem fert, qui ministerium atq; adiutorium ad subripiendas res præbet.

De uerborũ significatione. L. Verbũ. Paulus.

Verbum, Oportere, non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest, uel pluris, uel minoris condemnare,

ſed ad ueritatem refertur.

De legatis. 3. L. Cum quæreretur.

Africanus.

Opilio, qui oues curat.

De uerborum ſignificatione. L. Verbum.

Paulus.

Verbum, oportebit, tam præſens quam futurum tempus ſignificat.

L. Rei appellatio. Caius.

Opere legato, uel conducto. His uerbis ſignificari Labeo ait id opus, quod græci ἀποτέλεσμα uocant, non ἔργον id eſt ex opere facto corpus aliquod profectum.

De noui operis nunciatione. L. Si ſtipulatio.

Vlpianus.

Opus autem factum ſic accipimus. Non ſi unum uel alterum cæmentum ſit impoſitum, ſed ſi proponatur inſtar quoddam & quaſi facies quædam operis facta.

L. Pupillus. Pomponius.

Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei cauſſa mœnia ſint conſtituta.

L. Alienationis. Paulus.

Oratio, quæ neq; coniunctionem, neq; diſiunctionem habet, ex mente pronunciantis, uel diſiuncta, uel coniuncta accipitur.

Ad. S. C. Tertyllianum & orphitianum. L. i.

Vlpianus.

Orphitiano) Ex ſenatuſconſulto Orphitiano admitti poſſunt, liberi ad hæreditatem matris.

De inſtrumento, uel inſtrumento legato. L. Quæſitum. Vlpianus.

Ornamenti, quæ ad uoluptatem, ſicuti tabulæ pictæ.

De auro, argento, mundo, L. Ornamentorũ. Paulus.

Ornamentorum appellatione uestem muliebrem nõ contineri.

De Carboniano edicto.L.Carbonianum.

Vlpianus.

Ordinariæ possessionis quidem ex quo patrem suum decessisse scit,& facultatem bonorum possessionis petendæ habuit.

De uerborum significatione.L.Ostentum.

Vlpianus.

Ostentum,Labeo definit omne contra naturam cuiusq; rei genitum factumq;. Duo autem genera sunt ostentorum.Vnum,quoties quid contra naturam nascitur:tribus manibus fortè,aut pedibus,aut qua alia parte corporis,quę naturæ contraria est, Alterum,cũ quid prodigiosum uidetur, quomodo græci φάσματα uocant.

P.

De pollicitationibus.L.Pactum.

Vlpianus.

PActum est duorum consensus atq; conuẽtio.Pollicitatio uero offerentis solius promissum.

De pactis.L.i.Vlpianus.

Pacis) Pactum autem a pactione dicitur, unde etiã pacis nomen appellatum est.

Pactio) Est autem pactio duorum pluriúmue in idẽ placitum & consensus.

L.Iurisgentium.

Vlpianus.

Pactorum autem quædam in rem sunt,quædã in personam.In rem sunt quoties generaliter pacifcor ne petam. In personam quoties ne a persona, id est ne a Lutio Titio petam.

De transactionibus.L.i.Vlpianus.]

Qui paciscitur donationis caussa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

De ritu nuptiarum.L. Palam.
Vlpianus.

Palam autem sic accipimus passim, hoc est, sine delectu.

De uerborum significatione.L.Palam.
Vlpianus.

Palam est coram pluribus.

De rebus eorum, qui sub tutela curaúe sunt.
L.Hæredes.Vlpianus.

Quid est palam? non utiq; in publicum, sed ut exaudiri possit.

De legatis.3.L.Pali.Paulus.

Pali & perticæ in numerũ materiæ redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continebuntur.

De uerborum significatione.L.Pali.
Paulus.

Pali & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

Papyrianum ius, in uerbo ius supra.

De legatis.3.L.Item legato.
Vlpianus.

Paratis omnia continentur, quæ ipsius usibus fuerunt adsignata.

De penu legata.L.Qui penu.
Vlpianus.

Paratum usus sui caussa accipiendum erit, & amicorum eius & clientium & uniuersorum, quos circa se habuit.

Paratum quære, emptum supra.

De uerborum significatione.L. Appellatione.Caius.

Parentis appellatione non tantum pater, sed etiã auus & proauus, deinceps omnes superiores continentur: sed & mater & auia & proauia.

De gradibus adfinitatis. L. Iurisconsultus. Paulus.

Parentes autem apud Romanos usq; ad tritauum proprio uocabulo nominantur.

De uerborum significatione. L. paries. AElius.

Paries est, siue murus, siue maceria est.

L. Pronunciatio. Paulus.

Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet: recteq; hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. Non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. Deniq; & pupillum patrem familias appellamus, & cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere, singuli enim patrumfamilias nomen subeunt. Idemq; eueniet in eo, qui emancipatus est. Nam & hic sui iuris effectus propriam familiam habet.

L. Recte dicimus. Paulus.

Partis (Quintus Mutius ait) appellatione rem pro indiuiso significari. Nam pro diuiso quod nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Seruius non ineleganter partis appellatione utrunq; significari.

L. Sylua cædua. Paulus.

Pascua sylua est, quæ pascuis pecudum destinata est.

De ritu nuptiarum. L. In eo iure. Vlpianus.

Patronum & eum accipimus qui ea lege emit ut manumittat.

De his qui sui uel alieni sunt iuris. L. Nam ciuium. Vlpianus.

culo fuit.

De legatis.3.L.Si Chorus.Celſus.

Proculus ait ſæpe audiſſe ſe ruſticos ſenes ita dicentes, Pecuniam ſine peculio fragilem eſſe. Peculium appellantes quod præſidij cauſſa ſeponeretur.

De uerborum ſignificatione.L.Rei. Caius.

Rei appellatio latior eſt quam pecuniæ,quę refertur ad ea,quæ in patrimonio ſunt.

L.Pecuniæ.Vlpianus.

Pecuniæ uerbum non ſolum numeratam pecuniam complectitur,uerum omnem omnino pecuniam,hoc eſt omnia corpora.Nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt,qui non adprobet.

L.Pecuniæ. Hermogenianus.

Pecuniæ nomen non ſolum numerata pecunia,ſed etiã omnes res,tam ſoli, quam mobiles,& tam corpora, quam iura continentur.

De gradibus adfinitatis.L.Non facile. Modeſtinus.

πενθερὸς uxoris pater.
πενθερὰ uxoris mater.

De ſupellectile legata.L.Quemadmodum. Labeo.

Quemadmodum urbanus ſeruus & ruſticus diſtinguitur,non loco, ſed genere uſus.Ita Penus urbana & ſupellex ad uſum urbanum , non ad locum urbanum, aut peregrinum dirigenda eſt.Multumq́; intereſt penus & ſupellex ea,quæ in urbe ſit,an urbana legetur, uel promittatur.

De penu legata.L. Nam quod.Paulus.

Penus) Nomen penus mihi traditum eſt , omnibus generibus dictum.

L.Non omne.Paulus.

Penoris ſunt,quæ alendi cauſſa biberentur,quo in genere antidotum non eſt.

De uerborum ſignificatione.L.Penes.

Vlpianus.

Penes te amplius eſt,quam Apud te.Nam Apud te eſt quod qualiter qualiter a te teneatur, Penes te eſt,quod quodam modo a te poſſidetur.

L.Vrbana.Pomponius.

Pernoctare extra urbem intelligendus eſt, qui nulla parte noctis in urbe eſt.

Per enim totam noctem ſignificat.

L.Perueniſſe.Pomponius.

Perueniſſe ad hæredem nihil intelligitur,niſi deducto ære alieno.

L.Perueniſſe.Pomponius.

Perueniſſe recte ad te dicetur,quod per te ad aliũ prouenerit,ut in hæreditate a liberto.

Per patronum filiumfamilias patri eius adoptiuo adquiſita reſponſum eſt.

Ad.L, Iuliam de adulterijs.L.Denunciaſſe.

Vlpianus.

Per actorem, id eſt per ſeruum, dominus denunciauerit.

Si mulier uentris nomine in poſſeſſionem calumniæ cauſſa eſſe dicatur.L.i.

Vlpianus.

Per calumniam in poſſeſſione fuiſſe uidetur,quæ ſciens prudenſq; ſe prægnantem non eſſe,uoluerit in poſſeſſionem uenire.

De auro,argento,mundo,ornamentis.L.

Titia.Scæuola.

Per conditionem humanam contigerit, id eſt, ſi uixero.

De uerborum significatione.L.Quos nos.
Caius.

Perduelles) Quos nos hostes appellamus eos ueteres Perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.

Perenne flumen, supra in uerbo flumen.

L. AEdificia. Vlpianus.

Perfecisse ædificium is uidetur, qui ita consummauit, ut iam in usu esse possit.

De origine iuris.L.i.Caius.

Perfectum id esse animaduerto, quod ex omnibus suis partibus constat. Et certe cuiusque rei potissima pars principium est.

De militari testamento.L.Quærebatur.
Vlpianus.

Per fideicommissum, id est in caussam fideicommissi.

Ad.L.Iuliam de adulterijs, L.Ex lege.
Vlpianus.

Peregisse autem non alias quis uidetur, nisi & condemnauerit.

περίστρωμα, quære in uerbo instrato suprà.

De uerborum significatione.L.Marcellus.
Vlpianus.

Perisse) Marcellus apud Iulianum tractans, notat uerbo perisse & scissum & fractum contineri, & ui raptum.

De exceptionibus præscriptionibus & præiudicijs.L. Exceptiones.Caius.

Perpetuæ exceptiones peremptoriæ, quæ semper locum habent, nec euitari possunt qualis est doli mali. Procuratoriæ quoque exceptiones dilatoriæ sunt, quæ euitari possunt.

De uerborum significatione.L. Quibus præcipua.Paulus.

Perſequi uidetur & qui ſatis accepit.

De iniurijs & famoſis libellis. L. Prætor ait. Vlpianus.

Perſonæ atrocior fit iniuria, cum magiſtratui, cum parenti, patronoue fiat.

De his qui ſunt ſui, uel alieni iuris. L. i. Caius.

Perſonæ) Quædam perſonæ ſui iuris ſunt, quædam alieno iuri ſubiectæ ſunt.

Perſonalia munera, ſupra, munera,

Perſonale munus, quære munus.

De ſeruo corrupto. L. i. Vlpianus.

Perſuadere autem eſt plus quam compelli atq; cogi ſibi parere. Sed Perſuadere τῶν μέσων ἐστὶ. Nam & bonum conſilium quis dando poteſt ſuadere, & malum.

De cloacis. L. Ait prætor. Vlpianus.

Pertinet) Hoc ſignificat, quod ex ædibus eius in tuas pertinet, hoc eſt derigitur, extenditur, peruenit.

De noui operis nunciatione. L. De pupillo. Vlpianus.

Per manum, id eſt per lapilli iactum prohibere.

De uerborum ſignificatione. L. Verborum. Pomponius.

Pertinere latiſſime patet. Nam & eis rebus petendis aptum eſt, quæ domicilij noſtri ſint, & eis, quas iure aliquo poſſideamus, quamuis non noſtri dominij ſint, pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorũ cauſſa ſint, ſed eſſe poſſint.

L. Sciendum. Paulus.

Pertinet) Hæc uerba, is ad quem ea res Pertinet, ſic intelliguntur: ut qui in uniuerſum dominium, uel iure ciuili, uel iure prætorio ſuccedit, contineatur.

L. Aliud eſt. Vlpianus.

Perueniſſe proprie illud dicitur, quod eſt, remanſurũ.

Soluto matrimonio.L.Si uero.

Vlpianus.

Peruenisse accipimus, siue iam exegit, siue exigere potest, quia actio ei delata est.

Ad.S.C.Trebellianum.L.Cogi.

Vlpianus.

Peruenire proprie dicatur, quod deductis oneribus ad aliquem peruenit.

De uerborum significatione.L.Pecuniæ.

Vlpianus.

Petitionis autem uerbo in rem actionem significari uidetur.

Persecutionis uerbo, extraordinarias persecutiones puto contineri, utputa fideicommissum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent iuris ordinarij executionē.

De pignoribus & hypothecis.L.Res hypotheca.Martianus.

Pignus) Inter pignus autem & hypothecam tantum nominis sonus differt. Dare autem quis hypothecam potest, siue pro sua obligatione, siue pro aliena.

De pignoraticia actione, uel contra.L.I.

Vlpianus.

Pignus contrahitur non solum traditione, sed etiam nuda conuentione, & si traditum non est.

De uerborum significatione.L.Plebs.

Caius.

Pignus appellatum est a pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Vnde etiam uideri potest uerum esse, quod quidam putant, Pignus proprie rei mobilis constitui.

De pignoraticia actione, uel contrà.L.Si rē alienam.Vlpianus.

Pignus proprie dicimus quod ad creditorem transit.

Hypothecam, cum non transit, nec possessio ad creditorem.

De gradibus adfinitatis. L. Non facile.

Modestinus.

Priuignus autem est uxoris meę filius ex alio uiro natus. ego illorum uitricus. Et in contrarium uxor mea liberis, quos ex alia uxore habeo, Nouerca dicit, liberi mei illi sunt priuigni.

Priuigni & priuignę & uitrici & nouercæ aliundè nati uocantur.

L. Priuignus. Scæuola.

Priuignus etiam is est qui uulgo conceptus, ex ea natus est, quæ postea mihi nupsit, æque & is qui cum in concubinatu erat mater eius, natus est ex ea quæ postea alij nupta sit.

De agnoscendis liberis. L. i.

Vlpianus.

Plautianum senatusconsultum triginta dies ad denunciandum de partu præstat.

De origine iuris. L. Necessarium.

Pomponius.

Plebiscitum quod sine authoritate patrum est constitutum.

Plebiscita) Euenit ut plebs in discordiam cum patribus perueniret & secederet, sibiq; iura constitueret, quæ Plebiscita uocantur. Quia multæ discordiæ nascebatur, de his plebiscitis pro legibus placuit & ea seruari lege Ortensia & ita factum est ut inter plebiscita & leges, specimen constituendi interesset, Potestas esset eadem.

De uerborum significatione. L. Plebs.

Caius.

Plebs est cæteri ciues sine senatoribus.

Is qui testamento liber esse iussus erit.L.i. Vlpianus.

Plenius caussam bonorum, hic accipimus pro utilitate.

De receptis,qui arbitriũ receperunt.L.Quod tamen.Vlpianus.

Plenum compromissum appellatur quod de rebus cõtrouersiísue omnibus compositũ est.Nam ad omnes controuersias pertinet.

De uerborũ significatione.L.Hæc adiectio. Paulus.

Plurísue,hæc adiectio,non infinitam pecuniam continet,sed modicam,ut taxatio hæc,Solidorum decem, plurísue ad minutulam summam referatur.

De receptis.Qui arbitrium receperunt.L.litigatores.Vlpianus.

Pœna compromissa accipere nos debere,non si utrinq; pœna nummaria,sed & si alia res uice pœnæ, si qs arbitri sententiæ non steterit,promissa sit.

Pœna,require supra.fraus,& multam.

De pœnis.L.Si quis.Vlpianus.

Pœnæ sunt,quæ uitam adimant,aut seruitutem adiungant,aut ciuitatem auferant,aut exilium,aut coercionem corporis contineant.

De popularibus actionibus.L.i.Paulus.

Popularis actio) Eam popularem actionem dicimus, quæ suum ius populo tuetur.

De uerborum significatione.L.Ferri.Caius.

Portari dicimus ea,quæ quis iumento secum ducit.

De uerborum significatione.L.nomen. Vlpianus.

Portionis nomen non solum dimidiam significat,sed prout adiectũ est.Potest enim iubere aliquis & maximam partiri,potest & uicesimam,& tertiam,& prout

libuerit, sed si non fuerit portio adiecta dimidia pars debetur.

L.Portus.Vlpianus.

Portus appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur: eaq; nihilominus statio est conclusa atque munita. Inde angiportum dictum est.

De his q deiecerunt, uel effuderũt.L. Si uero plures. Vlpianus.

Positum) Accipere debemus Positum habeat, siue in habitationibus, uel cœnaculis siue etiam in horreis, uel cuius alterius ædificij.

De uerborum significatione. L. Quæstio. Iabolenus.

Possessio ab agro iuris proprietate distat, quidquid enim adprę hẽdimus, cuius proprietas ad nos nõ pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo usus est, ager proprietas loci est.

Prædium utriusq; supra scriptæ rei generale nomen. Nam & ager & possessio huius appellationis species sunt.

L.Interdum.Paulus.

Possessionis) Interdum proprietatem quoq; uerbũ possessionis significat, sicut in eo qui possessiones suas legasset, responsum est.

De actionibus empti & uenditi L. Iulianus libro. Vlpianus.

Possessionem traditam accipere debemus, etiam si prę caria sit possessio, hoc enim solum spectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi.

De adquirenda, uel amittenda possessione, L.i.Paulus.

Possessio appellata est (ut labeo ait) a sedibus quasi po

ſitio quia naturaliter tenetur ab eo,qui ei inſiſtit quã græci κατοχὴν dicunt, Dominiumq; rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe,Nerua filius ait,eiuſq; rei ueſtigiũ remanere in his quæ terra,mari,cœloq; capiuntur.

L.Poſſideri.Paulus.

Genera poſſeſſionum tot ſunt, quot & cauſſæ adquirendi eius,quod noſtrum non ſit,ueluti pro emptore, pro donato,pro legato pro dote,pro hærede,pro noxæ dedito,pro ſuo.

Poſſeſſionis genus in duas ſpecies poteſt diuidi,ut poſſideantur,aut bona fide,aut non bona fide.

Poſſidere clam ſupra in uerbo clam.

Poſſeſſionem clam nanciſci in uerbo clam.

L.Si quis.Vlpianus.

Eſt autem longe diuerſum.Aliud eſt enim poſſidere, longe aliud in poſſeſſione eſſe.Deniq; rei ſeruãde cauſſa legatoris, damni infecti,non poſſident,ſed ſunt in poſſeſſione cuſtodiendæ cauſſa.

Poſſeſſio require ſupra dominium.

L.Quod meo.Celſus.

Nec idem poſſidere & alio nomine poſſidere.

Nam is poſſidet,cuius nomine poſſidetur.

Qui ſatiſdare cogantur,uel iurato promittant.L.Sciendum.

Macer.

Poſſeſſor autem is accipiendus eſt,qui in agro, uel in ciuitate rem ſoli poſſidet.aut ex aſſe,aut pro parte. Sed & qui uectigales,uel emphyteuticum agrum poſſidet,poſſeſſor intelligitur,Idem qui ſolam proprietatem,poſſeſſor intelligendus.

De captiuis & de poſtliminio,& de redemptis.L.Poſtliminium.

Paulus.

Poſtliminium eſt ius amiſſe rei recipiendæ ab extra-

neo & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos populos, regesq; moribus, legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere.

Postliminio redisse uidetur, cum in fines nostros intrauerit, sicuti amittitur, ubi fines nostros excesserit.

De iniusto, rupto, irrito facto testamento. L. Posthumi. Vlpianus.

Posthumos autem dicimus eos, qui post mortem parentis nascuntur.

De interrogationibus in iure faciendis. L. De ætate. Vlpianus.

Posteriores omnes sic acceperunt, ut omnino nõ respõdisse uideatur, & qui ad interrogatum non respondit, id est πρὸς ἔπος.

De legatis. 3. L. Quod his. Vlpianus.

Posterorum appellatione liberos non etiam libertos eorum, quibus fideicommissum relictum est, fideicommisso contineri nequaquam incertum est.

De gradibus adfinitatis. L. Iurisconsultus. Paulus.

Posteriores uocantur ultra liberos, gradus autem dicti sunt ad similitudinem scalarum locorúmue procliuium, quos ita ingredimur, ut a proximo in proximum, id est, in eum qui quasi ex eo nascitur, transeamus.

De postulando. L. prima. Vlpianus.

Postulare autem est desiderium suum, uel amici sui in iure, apud eum qui iurisdictioni præest exponere, uel alterius desiderio contradicere.

De damno infecto. L. Dies. Vlpianus.

Postulare autem proprie hoc dicimus, pro tribunali petere, non alibi.

De peculio.L.i.Vlpianus.

Potestatis uerbum communiter accipiendum est tam in filio quam in seruo, nec magis dominium seruorum spectandum, quam facultas habendi eos.

De triticaria actione, L.i. Vlpianus.

Potestatis uerbum ad omnem sexum. Item ad omnes qui sunt alieno iuri subiecti porrigendum erit, qui testamentum facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.

L.Qui testamento.Vlpianus.

Potestatis uerbum non solum ad liberos, qui sunt in potestate referendum est, uerum etiam ad eum quem redemit ab hostibus.

Quibus ex caussis in possessionem eatur.L. Ait prætor.Vlpianus.

Potestatem autem sui non facit, qui id agit, ne aduersarius eius, copiam sui habeat.

De uerborum significatione.L. Potestatis. Paulus.

Potestatis uerbo plura significãtur, in persona magistratuum, imperium: in persona liberorum, patria potestas: in persona serui, dominium. At cum agimus de noxæ deditione cum eo, qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam facultatemq; significamus.

De legatis.3.L.Cum filio familias. Vlpianus.

Potestas plerumq; liberationem continet, plerũq; pubertatem, uel uicesimum quintum annum.

De adquirenda, uel omittenda hæreditate.L. Cum quidem.Vlpianus.

Prægnans) Si putetur esse prægnans. Sic accipien-

dum, si dicat se prægnantem, uel alij dicant prægnãtem esse.

De uerborum significatione, L. Pratum.
Vlpianus.

Pratum est, in quo ad fructum percipiendum falce dũtaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

De precario. L. i. Vlpianus.

Precarium est quod precibus petenti utendum conceditur tandiu, quandiu is qui cõcessit patitur. Quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit.

De petitione hæreditatis. L. Sed & si.
Vlpianus.

De prædonibus, id est, de his qui cum scirent ad se nõ pertinere hæreditatem inuaserunt bona, scilicet cum nullam caussam haberent possidendi.

De uerborum significatione. L. Preciosas.
Vlpianus.

Preciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusq; sexus: Item eorum, quæ ornamentis senatorijs utuntur.

De petitione hæreditatis. L. Prædonis loco.
Modestinus.

Prædonis loco intelligendus est, & is qui tacitam fidem interposuit, ut non capienti restitueret hæreditatem.

L. De rei iudicatione.

Præceptionem fructus accipere debemus, non tantum si perfecte sunt collecti, sed etiam cœpti, ita ut terra cõtinere se fructus desierint.

L. Pro hærede. Vlpianus.

Pro hærede possidet, qui putat se hęredem esse.
Prædium uide supra in uerbo possessio.

De origine iuris. L. Necessarium.

mularet, falſas uero rei excuſationes admitteret.

Præuaricari, uera crimina abſcondere.

De præuaricatoribus. L. i. Vlpianus.

Præuaricator eſt quaſi uaricator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſſa ſua, quod nomen Labeo a uaria certatione traditum ait, Nam qui prȩuaricatur, ex utraq; parte conſiſtit, quinimo ex altera: is autem proprie præuaricator dicitur qui publico iudicio accuſauerit. Cæterum aduocatus proprie non dicitur præuaricator.

L. Præuaricationis. Vlpianus.

Præuaricationis iudicium, aliud publicum, aliud moribus inductum eſt.

De his qui notantur infamia. L. Athletas. Vlpianus.

Præuaricator autem eſt, quaſi uaricator, qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſſa ſua, quod nomē Labeo a uaria certatione tractum ait. Nam qui præuaricatur ex utraque parte cōſiſtit, quin imo ex aduerſa.

De uerborum ſignificatione. L. Præuaricatores. Vlpianus.

Præuaricatores eos appellamus, qui cauſſam aduerſarijs ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei cedunt: a uaricando enim præuaricatores dicti ſunt.

De origine iuris. L. Neceſſarium. Pomponius.

Principalis conſtitutio, id eſt, ut quod ipſe princeps cōſtituit, pro lege ſeruetur.

De loco & itineribus publicis. L. Ait prȩtor. Vlpianus.

Priuatæ uiæ dupliciter accipi poſſunt, uel hæ quæ ad agros ducunt.

Priuatæ uiæ ſunt quas agrarias quidem efficiunt.

Priuatum ius, inuenies ſupra in uerbo ius.

De ritu nuptiarum.L,Adoptiuus.
Paulus.

Priuigna uxoris ex alio marito filia.

Priuigna quoq; non solum ea mihi intelligitur, quæ uxoris meæ filia est,sed & neptis & proneptis.

De gradibus adfinitatis.L.1.Caius.

Propatruus proaui frater.

Proamita proaui soror.

Proauunculus proauiæ frater.

Promatertera proauiæ soror.

L.Iurisconsultus.Paulus.

Proauus aut paterni,aut materni pater auiæ paternæ, aut maternæ pater:proauia,aut paterni, aut auiæ paternæ mater.Item aut materni & similiter auiæ maternæ mater.

De agnoscendis liberis.L.Si quis.
Vlpianus.

Proaui aui paterni pater.

De uerborum significatione L.Probrum.
Vlpianus.

Probrum & obprobrium idem est, Probra quædam natura turpia sunt,quædam ciuiliter & quasi more ciuitatis, ut puta furtum,adulterium natura turpe est: enim uero tutelæ damnari, hoc non natura probrũ est,sed more ciuitatis,nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

De procuratoribus & defensoribus.L.i.
Vlpianus.

Procurator est,qui aliena negocia mandatu domini administrat.

De solutionibus & liberationibus.L.Vero.
Vlpianus.

Procuratorem autem uerum accipere debemus cum cui mandatum est,uel specialiter,uel cui omnium ne

gociorum administratio mandata est.

Iudicatum solui.L.Si quis.Vlpianus.

Procuratorem eum accipere debemus,cui mandatum est,siue huius rei tantum mandatum suscepit,siue etiã uniuersorum bonorum.Sed & si ratum fuerit habitum,procurator uidetur.

Lex Cornelia de iniurijs.L.Sed si uiuus.
Vlpianus.

Procuratorem autem accipere debemus, non utique eum cui specialiter data est procuratio actionis iniuriarum,uerum sufficit esse eum,cui omnium rerũ administratio mandata est.

De iure dotium.L.Profecticia.
Vlpianus.

Profecticia dos,quę a patre,uel a parente profecta est de bonis eius,uel facto eius.

De bonorum possessione secundum tabulas.
L.æquissimum.Vlpianus.

Primo gradu scriptis accipimus omnes qui primo loco scripti sunt.Nam sicut ad adeundam hæreditatem proximi sunt, ita ad bonorum Possessionem admittendam.

De adquirenda,uel omittenda hæreditate.L.
Pro hærede.Vlpianus.

Pro hærede gerere uidetur is,qui aliquid facit quasi hęres.Et generaliter Iulianus scribit,eum demum pro Hærede gerere,qui aliquid quasi hęres gerit:pro hærede aũt gerere non tam esse facti,quam animi. Nam hoc animo esse debet,ut uelit hæres esse.

Pro hærede geri dicendum esse ait, quoties accipit, quod citra nomen & ius hæredis, accipere non poterat.

De uerborum significatione.L.Malum.
Iabolenus.

Proiectum esse id, quod ita proueheretur, ut & nusquã requiesceret. qualia meniana & subgrundę essent.

L. Pronunciatum. Vlpianus.

Pronunciatum & statutum idẽ dici potest, promiscue enim & pronunciasse, & statuisse solemus eos dicere, qui ius habent cognoscendi.

De ædilitio edicto. L. Sciendum. Vlpianus.

Promissum autem potest referri, & ad nudã promissionem, siue pollicitationem, uel ad sponsionem.

Quando appellandum sit, & intra quæ tempora. L. i. Vlpianus.

Propria caussa cuius emolumentum, uel damnum ad aliquem suo nomine pertinet.

De re militari. L. Arius. Menander.

Proprium militare delictum est, quod quis uti miles admittit, ut dedere se militem, cui non licet.

De gradibus adfinitatis. L. Iurisconsultus. Paulus.

Proprius sobrino, ut ait Masurius, eum quis appellat, qui est patris matrisúe consobrinus, aut consobrina, ab eo consobrini consobrinæúe filius nominatur.

De publicanis & uectigalibus & commissis. L. Cotem. Paulus.

Proreta custos & gubernator in nauis prora. i. in primore parte.

De gradibus adfinitatis. L. Non facile. Modestinus.

Prosocrus mihi uxoris meæ auia est, ego illi sum progener.

De institutoria actione. L. Sed & si. Vlpianus.

Proscribere palam sic accipimus, claris literis, ut de plano recte legi possit, ante tabernam scilicet, uel ante eum locum in quo negocia tum exercẽtur, nec in loco

remoto ſed in euidenti.

Pro ſuo.L.i.Vlpianus.

Pro ſuo poſſeſſio talis eſt, ut cum dominia nobis adquiruntur & præterea pro ſuo.

L.Eſt ſpecies.Vlpianus.

Eſt ſpecies poſſeſſionis,quæ uocatur pro ſuo. Hoc enim modo poſſidemus omnia,quæ mari, terra,cælo capimus,aut quæ alluuione fluminum noſtra fiunt.

De inſtrumento,uel inſtrumento legato.L. Quæſitum.Vlpianus.

Perticæ quibus araneæ deterguntur.

De eo qui pro tutore proue curatore negocia geſſit. L.i.Vlpianus.

Pro tutore autem negocia geſſit,qui munere tutoris fungitur in re impuberis:ſiue ſe putat tutorem,ſiue ſciat non eſſe,fungatur tamen.

De uerborum ſignificatione.L.Prouinciales.Vlpianus.

Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent,non eos qui ex prouincia oriundi ſunt.

De ſuis & legitimis hæredibus.L.Poſt ſanguineos.Vlpianus.

Proximus adgnatus,id eſt ei quem nemo antecedit.

Proximus is eſt,quem nemo antecedit.

Primus poſtremus,idem eſt qui ſolus occurrit.

Proximum eum accipimus, qui tunc,cum repudiatur hæreditas,primus eſt.

Vnde cognati.L.i.Vlpianus.

Proximum accipere nos oportet eo tempore quo bonorum poſſeſſio defertur.

Proximus proprie ex pluribus dicitur.

De uerborum ſignificatione.L.Proximi Licinius.Rufinus.

Proximi appellatione etiam ille continetur, qui solus est.

L.Proximus.Paulus.

Proximus est,quem nemo antecedit, supremus quem nemo sequitur.

De uulgari & pupillari substitutione.L. Ex duobus,Africanus.

Proximus non solum is qui ante aliquem,sed etiam is ante quem nemo sit,intelligitur.

De uerborum significatione.L.Bona. Vlpianus.

Publica ea sola sunt,quæ populi Romani sunt.

L.Eum qui.Caius.

Publicanum appellamus eum,qui uectigal populi Romani conductum habet.Nã publica appellatio in cõpluribus caussis ad populum Romanum respicit.

L.Inter publica.Vlpianus.

Inter publica habemus nõ sacra,nec religiosa,nec quę publicis usibus destinata sunt,sed si qua sunt uelut ciuitatum bona,sed & peculia seruorum ciuitatum proculdubio publica habentur.

Publica uectigalia intelligere debemus,ex quibus uectigal fiscus accepit,quale est uectigal portus, uel uenalium rerum,item salinarium,& metallorum & piscariarum.

Publica conuentio,supra in uerbo conuentio.

De publicis iudicijs.L.i.Vlpianus.

Publica iudicia ea tantum quæ ex legibus iudiciorum publicorũ ueniunt,ut Iulia maiestatis,Iulia adulterij, Cornelia de siccarijs & ueneficijs,Pompeia parricidij, Iulia peculatus,Cornelia de testamẽtis,Iulia de ui publica,Iulia de ui priuata,Iulia ambitus,Iulia repetũdarum, Iulia de annona.

Publicum flumen,supra in uerbo flumen.

De tabulis exhibendis.L.Prætor ait.
Vlpianus.

Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, labeo definit, ut & ad areas & ad insulas & ad agros & ad uias publicas, itineraqꝫ publica pertineat.

De publicanis & uectigalibus.L.i.
Vlpianus.

Publicani autem sunt qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent siue fisco uectigal pendant, uel tributum consequantur, & omnes qui quid a fisco conducunt, recte appellantur Publicani.

L.Quantæ.Vlpianus.

Publicani autem dicuntur qui publica uectigalia habent conducta.

De actionibus & publicationibus.L.In honorarijs.Paulus.

Publiciana actio quæ ad exemplum uindicationis datur.

De origine iuris.L.Necessarium.
Pomponius.

Publius Mutius, & Brutus, & Manlius qui fundauerũt ius ciuile. Publius Mutius decem libros reliquit. Brutus septem. Mãlius tres. Extant & uolumina inscripta Manlij monumenta.

De auro, argento, mundo, ornamentis. L.
Vestis. Vlpianus.

Puerilia uestimenta sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent, nisi ad puerilem, togæ prætextæ.

De uerborum significatione.L.Illa uerba.
Paulus.

Pueri etiam appellatione puella significatur. Nam & fœminas puerperas appellãt recentes ex partu, & παῖδες græce communiter appellantur.

L.Puer.Paulus.

Pueri appellatione tres significationes habere: Vnam cum omnes seruos pueros appellaremus. Alteram, cũ puerum cõtrario nomine puellæ diceremus. Tertiam cum ætatem puerilem demonstraremus.

De iniurijs & famosis libellis. L. Lex Cornelia. Vlpianus.

Inter pulsationem & uerberationem hoc interest (ut Ofilius scribit) Verberare est cũ dolore cædere: Pulsare sine dolore.

De administratione & periculo tutorum & curatorum. L. Tutor qui. Iulianus.

Pupillares usuræ hanc formam habent, ut eius quidẽ pecuniæ, quam quis in suos usus conuertit, legitimam usuram præstet.

De uerborum significatione. L. Pupillus. Pomponius.

Pupillus est, qui cum impubes est, desijt in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione.

L. Non est. Paulus.

Non est pupillus, qui in utero est.

De adquirenda, uel omittenda hæreditate. L. Pupillus. Paulus.

Pupillus est cuius neq; scire neq; discernere talis ætas potest, non magis quam furiosus.

L. Ex more. Vlpianus.

Pupillus qui in alterius potestate est.

Ne uis fiat ei qui in possessionem missus est. L. i. Vlpianus.

Pupillum eum accipere qui doli capax non est.

De uia publica, & si quid in ea. L. i. Vlpianus.

Purgare autem proprie dicitur ad libamentum proprium redigere sublato eo quod supra eam esset.

De legatis.3.L.Si cui.Vlpianus.

Purpuræ appellatione,omnis generis purpuram contineri puto,ſed Coccum non continebitur, Bucinū & Ianthinum continebitur.

De religioſis & ſumptibus funerum & ut funus ducere liceat.L.Locum.
Vlpianus.

Purus autem locus dicitur,qui neq; ſacer neq; ſanctus neq; religioſus,ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus uacare uidetur.

Q.

De inſtrumento,uel inſtrumento legato.L.
Cum fundus.Pomponius.

QVæ moueri) Nullæ autem ex his rebus quæ moueri poſſunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur.

Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis & ſtupro.L.Mariti Vlpianus.

Quæſtum autem ex adulterio uxoris facere prope ille exiſtimandus eſt,qui aliquid accepit, ut uxor adulteretur & ſiue ſæpius,ſiue ſemel,non eſt eximendus.

De origine iuris.L.Neceſſarium.
Pomponius.

Quæſtores) Cum ærarium populi auctius eſſe cœpiſſet,qui illi præeſſent cōſtituti,ſunt quæſtores dicti ab eo quod inquirendæ & conſeruādæ pecuniæ cauſſa,creati ſunt.

Et quia de capite ciuis Romani,iniuſſu populi,non erat lege permiſſum conſulibus ius dicere: propterea Quæſtores conſtituebantur a populo q capitalibus rebus præeſſent,hiq; appellabātur Quęſtores parricidij.

De officio quæſtoris.L.i.Vlpianus

A genere quærendi quæſtores initio dictos.

De iniurijs & famoſis libellis.L.Iniuriarum.

Vlpianus.

Quæstionem intelligere debemus & tormenta & corporis dolorem ad eruendam ueritatem.

Quæstionis uerbo etiam ea, quam malam mansionem græci dicunt, cõtinebitur. Cum igitur per uim & tormenta habita quæstio est, tunc quæstio intelligitur.

De. S.C. Silaniano & Claudiano. L. i.

Vlpianus.

Quæstionem sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem & defensionem mortis.

De legatis. 3. L. Quisquis. Mætianus.

Quantas) Verbum Quantas non ad numeratam duntaxat pecuniam referri ex dotis delegatione, & stipulationibus emptæ hæreditatis appareret.

De seruo corrupto. L. Neratius ait.

Vlpianus.

Quanti) Hæc uerba, Quanti ea res erit, omne detrimentum recipiunt.

De inofficioso testamento. L. Papinianus.

Vlpianus.

Quarta autem accipitur scilicet deducto ære alieno & funeris impensa.

Vti possidetis. L. Si duo. Paulus.

Quanti res est, sic accipimus quanti uniuscuiusq; interest possessionem retinere.

De origine iuris. L. Necessarium.

Pomponius.

Quatuor uiri) Constituti sunt eodem tẽpore & quatuor uiri qui curam uiarum agerent.

Quinq; uiri uigilum) Et quia magistratus uespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat: Quinq; uiri constituti sunt cis Tyberim, ut ultis Tyberim, qui possent pro magistratibus fungi.

De iure fisci. L. Ait diuus. Vlpianus.

Quicunq; accipere debemus, tam masculinum quam fœmininum.

De uerborum significatione. L. Sæpe ita. Vlpianus.

Que) Adgnatorum gentiliumq;. Que pro separatione accipitur.

De administratione & periculo tutorum. L. Tutor qui. Iulianus.

Quincunces trientes ad leuiores usuras tendunt.

Ad. L. Iuliam de adulterijs. L. Mariti. Vlpianus.

Quinquennium accipiendum est ex eo die, ex quo quis postulatur postulataúe est, & ad eum diem quo iudicium de adulterijs exercetur.

De origine iuris. L. Necessarium. Pomponius.

Quintus Fabius qui ad Carthaginienses missus legatus, cum essent tesseræ duæ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utram uellet, referret Romam, utramq; sustulit, & ait Carthaginienses petere debere utram mallent accipere.

Quintus Mutius Publij filius pontifex maximus ius ciuile primus constituit, generatim in libros decem & octo redigendo.

De hæredibus instituendis, L. Hoc articulo. Pomponius.

Quisq; articulo omnes significantur & ad omnium factum referatur.

De uulgari & pupillari substitutione. L. In substitutione. Iulianus.

Quisq; hæres quãdo fuerit intelligitur, ut placuit prudentibus, si quandoq; hæres fuisset.

De furtis. L. Quo. Paulus.

Quo destinauerit quis auferre, sic accipiendum est, quo

destinauerit eo die manere cum eo furto.

De uerborum obligationibus.L.i.
Vlpianus.

Quod iussu) Si quis obligari uelit,iubeat & erit quod iussu obligatus.

Quorum bonorum L.i.Vlpianus.

Quorum bonorum,est adipiscendæ possessionis uniuersorum bonorum.

R.

RApuit,uide supra,in uerbo clam fecit.

De conditionibus & demõstrationibus.
L.Quamuis.Africanus.

Rationes reddere nihil aliud sit,quam reliqua soluere.

De seruo corrupto.L.i.Vlpianus.

Recipere,proprie est abscondendi caussa refugium seruo præstare,uel in suo agro,uel in alieno loco ædificióue.

Vbi quis agere,uel conueniri debeat.L.Recte defendi.Vlpianus.

Recte defendi, hoc est iudicium accipere, uel per se, uel pel alium,sed cum satisdatione,nec ille uidetur defendi,qui quod iudicatum est,non soluit.

De uerborum significatione.Hæc uerba.
Caius.

Recte uerbum pro uiri boni arbitrio est.

Reddere rationes,supra in uerbo edere rationes.

L.Verbum.Celsus.

Reddendi uerbum, quanquam significatum habeat retro dandi recipit tamen & per se dandi significationem.

L.Potest.Marcellus.

Reliquorũ appellatio potest & uniuersos significare.

De legatis,2.Cum quidem.Celsus.

De interdictis & relegatis & reportatis. L. Relegatorum. Vlpianus.

Relegatorum duo sunt genera, sunt quidem qui in insulam relegantur & sunt qui simpliciter, ut prouincijs eis interdicatur, non etiam insula adsignetur.

Relegatos supra in uerbo Deportator.

De diuisione rerum. L. Intantum. Martianus.

Religiosum autem locum unusquisque sua uoluntate facit, dum mortuum infert in locum suum.

De administratione & periculo tutorum & curatorum. L. Lutius Titius. Paulus.

Reliquatus est, contraxit æs alienum ex reliquis rationum.

Si libertus ingenuus esse dicitur. L. Hoc sermone. Pomponius.

Reliquerunt) Verbo autem, reliquerunt, etiam hoc intelligendum est, ut quæcunque, ex re eius, à quo manumissi erant, adquisita habeant, restituant, quæ concessa & donata a manumissoribus amplexi essent, magis est.

De uerborum significatione. L. Labeo. Paulus.

Rem amisisse uidetur, qui aduersus nullum, eius persequendæ actionem habet.

De adquirenda, uel omittenda hæreditate. L. Eum demum. Iabolenus.

Remoto familiæ uinculo extra potestatem patris.

De exceptionibus L. 2. Vlpianus.

Replicationes nihil aliud sunt quam exceptiones & a parte actoris ueniunt quæ quidem ideo sunt necessariæ, ut exceptiones recludant, semper enim replicatio iccirco obijcitur, ut exceptionem oppugnet.

De auro, argento, mundo, ornamentis. L. Cū

aurum. Vlpianus.

Replumbari, eximi plumbum.

Replumbatæ ex quibus plumbum exemptum est.

De administratione & periculo tutorum. L. Ita autem. Vlpianus.

Repertorium non facit, quod uulgo inuentarium appellatur.

De uerborum significatione. L. Inter stuprũ. Modestinus.

Repudium sponsæ remitti uidetur, quod & in uxoris personam non absurde cadit.

De diuisione rerum. L. Summa. Caius.

Summa rerum diuisio in duos articulos deducitur. Nam aliæ sunt diuini iuris, aliæ humani.

Res) Hę res quę humani iuris sunt, aut publicæ sunt aut priuatæ. Quæ publicæ sunt nullius in bonis esse creduntur. Quæ autem priuatæ, singulorum existunt.

De uerborum significatione. L. Inter diuortium. Paulus.

Repudiari etiam futurum matrimonium potest.

Rem ratam haberi. L. Quo enim. Vlpianus.

Rem haberi ratam, hoc est, comprobare agnoscereq́ quod actum est à falso procuratore.

De incendio, ruina, naufragio. L. i. Vlpianus.

Res ex naufragio etiam hæ dicuntur, quæ in littore post naufragium iacent, & magis est, ut eo tempore & loco.

De hæredibus instituendis. L. Interdum. Vlpianus.

Residua hæreditas de qua nulla fuit institutio, sed quæ accedit post scriptos hæredes, quæ accrescit pro partibus hæreditarijs.

De locis & itineribus publicis.L.Prætor ait.
Vlpianus.

Res fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt.

De re iudicata.L.i.Modeſtinus.

Res iudicata dicitur, quæ finem cõtrouerſiarum pronunciatione iudicis accipit, quod uel condemnatione, uel abſolutione contingit.

De uerborum ſignificatione.L.Reſtituere.
Paulus.

Reſtituere uidetur is, qui reſtituit quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet.

L.Plus eſt.Caius.

Reſtitutio) Plus eſt in reſtitutione, quam in exhibitione, Nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere.

Reſtituere eſt etiam poſſeſſorem, fructuſq; reddere, pleraq; præterea reſtitutionis uerbo continentur.

L.Sciendum Paulus.

Res pertinet, ſic intelliguntur, ut qui in uniuerſum dominium, uel iure ciuili, uel iure prætorio ſuccedit, cõtineatur.

L.Appellatione.Paulus.

Rei appellatione pars etiam continetur.

De locis & itineribus publicis.L.Prætor ait.
Vlpianus.

Reſtituere uidetur, qui in priſtinum ſtatum reducit, quod fit, ſiue quis tollat id quod factum eſt, ſiue reponat quod ſublatum eſt.

Ad S.C.Trebellianum.L.Reſtituta.
Vlpianus.

Reſtituta hæreditas uidetur, aut re ipſa, ſi forte paſſus eſt hæres poſſideri res hæreditarias, uel totas, uel aliquas earum hac mente, ut uellet reſtituere, & ille ſuſcipere: non ſi ex alia cauſſa putauit ſe poſſidere.

De minoribus uiginti quinq; annis. L. Quod si minor. Paulus.

Restitutio autem ita faciēda est, ut unusquisq; integrū ius suum recipiat.

Quod metus caussa gestum erit. L. Metum. Vlpianus.

Restitutio in integrum facienda est officio iudicis, id est, ut si per uim res tradita sit, retradatur.

De uerborum significatione. L. Apud Labeonem. Pomponius.

Restituit non tantum, qui solum corpus, sed etiam q omnem rem cōditionemq;, reddita caussa, præstat, & tota restitutio iuris interpretatio est.

L. Restituere. Pomponius.

Restituere autem is intelligitur, qui simul & caussam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita esset, id est usucapionis caussam & fructuum.

Res, supra in uerbo pecunia, & in uerbo, Nominis.

L. Mulieris. Caius.

Res abesse uidētur (ut Sabinus ait, & Pedius probat) etiam hę, quarum corpus manet, & forma mutata est, & ideo si corruptæ redditæ sunt, uel transfiguratæ, uideri abesse, quoniam plerumq; plus est in manus precio quam in re.

L. Labeo. Paulus.

Res dicitur recte abesse, etiam si postea id ita esse scierit, quia res ei abesse, cui precium abest.

Rerum amotarum. L. Si concubina. Vlpianus.

Res amotas dicimus non solum eas, quas mulier amouit, cum diuortij consilium inisset, sed etiam eas quas mulier nupta amouit, si cum discederet, eas cælauerit.

L.Rerum.Caius.

Rerum amotarum actio condictio est.

De gradibus adfinitatis.L.Non facile. Modestinus.

Retro mater mea, uxoris meæ socrus est, Illa hinc nurus,

De adquirendo rerum dominio.L. Naturalem.Caius.

Reuertendi) Intelliguntur autem reuertendi animũ desisse habere tunc,cum reuertendi cõsuetudinem deseruerint.

De fluminibus ne quid.L.i. Vlpianus.

Ripa autem ita recte definitur,id quod flumen continet,naturalem rigorem cursus sui tenens.

L.Flumina.Paulus.

Ripa ea putatur esse quæ plenissimum flumen cõtinet.

De aqua quotidiana & æstiua.L.i. Vlpianus.

Riuales,id est qui per eundem riuum aquam ducunt.

De riuis.L.Vlpianus.

Riuus est locus per longitudinem depressus,quo aqua decurrat,cui nomen ἀπὸ τοῦ ῥεῖν.

De pactis.L.Legitima.Paulus.

Rogauit Meuius spopondit Titius,hæc uerba nõ tãtum pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis.

De uerborum significatione.L. Alphenus. Marcellus.

Roma) Alphenus ait urbem esse Romam,qua muro cingeretur.Romam etiam,quà incontinenti ædificia essent.Nam Romam non murotenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi, cum dicere-

mus, Romam nos ire, etiam si extra urbem habitaremus.

L.Vrbis. Paulus.

Romæ autem appellatio continentibus ædificijs finitur, quod latius patet.

De penu legata.L.Nam quod.
Paulus.

Vrbem fere omnes muro tenus finiri. Romam continentibus. Et urbem Romam æquè continentibus.

De fideicommissarijs libertatibus.
L.Neq; infantes. Modestinus.

Rubriano senatusconsulto non continetur alius, quā qui ex caussa fideicommissi debet præstare libertatem.

De incendio, ruina.L.prima.
Vlpianus.

Ruinæ appellatio refertur ad illud tempus quo ruina fit.

Ad legem aquiliam.L.Si seruus.
Vlpianus.

Ruperit, quod uerbum ferè omnes ueteres, sic intellexerunt, corruperit.

Rupisse autem eum utiq; accipiemus, qui uulnerauerit, uel uirgis, uel loris, uel pugnis ceciderit, si damnū iniuria datum est.

De furtis.L.Qui tabulas. Vlpianus.

Rupisse uidetur, qui corrupit.

Vi bonorum raptorum.L.Prætor.
Vlpianus.

Rixa) Labeo ait Rixam duorum.

De iniusto, rupto, irrito facto testamēto.L.i.
Papinianus.

Ruptum fit testamentum alio testamento, ex quo hæres existere poterit, uel adgnatione sui hæredis.

De uerborum significatione.L.In rutis. Mutius.

Ruta) In rutis cæsis,ea sunt quæ terra non tenentur quæque opere structili tectorioue non continentur.

Rustica familia,infra in uerbo Vrbana.

De legitimis tutoribus.L.Tutela. Vlpianus.

Rubrianum senatusconsultum locum habet,cum seruum testatoris hæres rogatus sit manumittere.

S.

De extraordinarijs criminibus.L.Saccularij. Vlpianus.

SAccularij qui uetitas in sacculis artes exercentes, partem subducunt,partem subtrahunt.

De diuisione rerum.L.Summa.Caius.

Sanctæ quoq; res uelut muri & portæ,quando modo diuini iuris sunt.

Sacræ res sunt quæ publicè consecratæ sunt non priuatim.

L.Sanctum.Martianus.

Sanctum est quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est.

Sanctum autem dictum est a sagminibus.

Sagmina sunt quædã herbæ,quas legati Romani ferre solebant,ne quis eos uiolaret,sicut legati græcorũ ea quæ uocantur κηρυκεῖα.

L.Sacra.Vlpianus.

Sacra loca sunt quæ publicè dedicata sunt, siue in ciuitate,siue in agro.

Sacer locus est locus consecratus.

Sacrarium est locus in quo sacræ res ponuntur.

Sancta quæ nec sacra,nec profana sunt, sed sanctione quadam confirmata,ut sunt leges,quia sanctione qua-

dam ſubnixæ ſunt.

Ad legem Iuliam peculatus. L. Sacrilegi. Paulus.

Sacrilegi) Sunt autem Sacrilegi qui Publica ſacra cō pilauerunt.

De ſenatuſconſulto Silaniano & Claudiano. L.i. Vlpianus.

Silanianum ſenatuſconſultum non ſolum ad patremfamilias, uerum ad liberos quoq; pertinet. Etiam ad eos liberos pertineat, qui in poteſtate non ſunt, In eo autem qui eſt in adoptionem datus, non putamus locum habere ſenatuſconſultum, quamuis habeat locum. Sed nec in alumno occiſo locus eſt ſenatuſconſulto.

De legatis. 3. L. Ligni. Vlpianus.

Sarmenta) Ofilius libro quinto Iuris partiti ſcripſit, nec Sarmēta ligni appellatione contineri, ſed ſi uoluntas non refragatur, etiam uirgulæ & cremia & ſarmenta & ſuperamenta materiarum & uitium ſtirpes, atq; radices continebuntur.

De uerborum obligationibus. L. Stipulationum. Pomponius.

Satiſacceptio eſt ſtipulatio, quæ ita obligat promiſſorem ut adpromiſſores quoq; ab eo accipiantur, id eſt qui idem promittant.

Satis autem accipere dictum eſt eodem modo quo ſatiſſacere.

De uerborum ſignificatione. L. Satiſdationis Vlpianus.

Satiſdationis appellatione interdum etiam repromiſſio continetur, qua contentus fuit is, cui ſatiſdatio debebatur.

Qui ſatiſdare cogantur, uel iurato promittant. L.i. Caius.

Satisdatio eodem modo appellata est quo satisfactio. Nam satisfacere dicimur ei cuius desiderium impleuimus.

Satisdare dicimur aduersario nostro, cũ pro eo quod a nobis petit, ita cauemus, ut eum hoc nomine securũ faciamus, datis fideiussoribus.

De pignoratitia actione. L. Si rem alienam.
Vlpianus.

Satisfactum autem accipimus quemadmodum uoluit creditor licet non sit solutum.

Vt legatorum seu fideicommissorum seruãdorum caussa caueatur. L. Is cui.
Vlpianus.

Satisfactionis uerbum licet latius patet, tamen ad exoluendum legatum refertur.

Satisfieri uoluntati defuncti sic accipitur, quo ad uoluntati defuncti, uel ex fructibus, uel aliunde satisfiat.

De his qui notantur infamia. L. Quod ait.
Vlpianus.

Scæna est, ut labeo definit, quæ ludorum faciendorum caussa quolibet loco, ubi quis consistat moueaturq; spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico priuato ue, uel in uico, quo tamen loco passim homines spectaculi caussa admittat.

De instrumento, uel instrumento legato. L.
Quæsitum. Vlpianus.

Scalæ quæ ad lacunaria admouentur instrumenti sunt quia munitiorem domum reddunt.

L. Si nauem. Labeo.

Scapha nauis non est instrumentũ nauis. Etenim mediocritate non genere ab ea differt.

De euictione & duplæ stipulatione. L. Scaphã
Alphenus.

Scapham ipsam per se paruam nauiculã esse respõdit.

De auro,argento,mundo.L.Quintius.
Vlpianus.

Scaphia,uasa mulierum ad alui excrementa capiendā.
Si familia furtum fecisse dicatur.L.i.
Vlpianus.

Scire) Is autem accipitur scire,qui scit & potuit prohibere.
De legibus senatusq; consultis.L.Scire.
Celsus.

Scire leges non est uerba earum tenere,sed uim & potestatem.
De iuris & facti ignorantia.L.Regula est.
Paulus.

Scientia) Labeo definit Scientiam neq; curiosissimi, neq; religiosissimi hominis accipiendam, uerum eius qui eam rem diligenter inquirendo notam habere possit.
De triticaria actione.L.prima.
Vlpianus.

Scientiam hic eam accipimus quæ habet & uoluntatem, sed (ut ego puto) non uoluntatem, sed patientiam.
De noxalibus actionibus.L.In omnibus.
Vlpianus.

Scientia domini sic accipiēda est,si cum prohibere posset,non prohibuit.
L.In delictis.Paulus.

Scientiam domini accipiendam,qui prohibere potest, & in hoc toto edicto intelligendum est,circa scientiæ uerbum.
Ad.L.Aquiliam,L.Scientiam.
Paulus.

Scientiam hic pro patientia accipimus,ut qui prohibere potuit,teneatur,si non fecerit.

Quis ordo in possessione seruetur.L.Vtile.
Vlpianus.

Scientiam eam obseruandam, Pomponius ait, nõ quæ cadit in iuris prudentes, sed quam quis, aut per se, aut per alios adsequi potuit, scilicet consulendo prudentiores, ut diligentiorem patremfamilias consulere dignum sit.

De bonorum possessionibus.L.In bonorum.
Paulus.

Scientiam non hanc accipimus, quæ iuris prudentibus sit, sed eam quam quis, aut per se habeat, aut consulendo prudentiores adsequi possit.

De origine iuris.L.Necessarium.
Pomponius.

Sextus AElius & frater eius Publius AElius & Publius Atilius maximam scientiam in profitendo habuerunt & duo AElij etiam consules fuerunt.

De extraordinarijs criminibus L.Saccularij
Vlpianus.

σκοπελισμὸν in prouincia Arabia crimen appellant, cuius rei admissum tale est, plerique inimicorum solent in prædium inimici σκοπελίζειν, id est lapides ponere, indicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo læto periturus esset insidijs eorum, qui σκοπέλους posuissent.

Ad legem Corneliã de falsis.L.D. Claudius.
Callistratus.

Scribere autem sibi legatum uideri non solum eum qui manu sua, id facit sed etiam qui per seruum suum, uel filium, quem in potestate habet, dictãte testatore, legato honoratur.

De uerborum significatione.L.Soceri.
Terentius.

Socrus) Soceri & Socrus appellatione auum quoq́, & auiam uxoris, uel mariti, contineri respondetur.

Arborum furtim cæsarum. L. Cædere.
Paulus.

Secare est, subsecuisse. Non enim poterat, cecidisse intelligi, qui serra secuisset.

De origine iuris. L. Necessarium.
Pomponius.

Sempronius quem populus Romanus σόφον appellauit nec quisquam ante eum hoc nomine cognominatus est.

De senatoribus. L. Nuptæ.
Vlpianus.

Senatores autem accipiendum est eos, qui a patricijs & consularibus usq́ ad eos uiros illustres descēdunt, quia hi soli in senatu sententiam dicere possunt.

De origine iuris. L. Necessarium.
Pomponius.

Senatusconsultum ius appellabatur quod constituisset senatus. Nam necessitas ipsa curam reip. ad senatum deduxit, quia plebs conuenire cœpit.

Senatusconsultum quod solum senatu cōstituēte inducitur sine lege.

De senatoribus. L. Senatoris.
Vlpianus.

Senatoris filium accipere debemus non tantum eum qui naturalis est, uerum adoptiuum quoq́, neq́ interrit a quo uel qualiter adoptatus fuerit.

Senatoris filius est & is quem in adoptionem accepit, quandiu tamen in familia eius manet.

De riuis. L. i. Vlpianus.

Septa sunt quæ ad incile opponuntur, aquæ deriuandæ compellendæúe ex flumine caussa, siue ea lignea sunt, siue lapidea, siue ex alia qualibet materia ad cō-

tinendam transmittendamq; aquam excogitata.

De religiosis & sumptibus funerum & ut funus ducere liceat.L.Locum.Vlpianus.

Sepulchrum est ubi corpus ossáue hominis condita sunt,ut autem Celsus ait,non totus qui sepulturæ destinatus est locus, religiosus fit, sed quatenus humatum est.

De sepulchro uiolato.L.Prætor ait. Vlpianus.

Sepulchri autem appellatione omnem sepulturæ locum contineri existimandum est.

De uerborum significatione.L.Sequester. Modestinus.

Sequester dicitur,apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est,deposuerunt, dictus ab eo quod occurrenti,aut quasi sequenti eos qui contendunt, cōmittitur.

De auro,argento,mundo,ornamentis.L. Filiam.Scæuola.

Seruandi) Claudius ait uerbo seruandi uideri,In id tempus dilatatum fideicommissum,quo sui iuris futura esset ea,cui debeatur.

De pœnis.L.Quidam.Martianus.

Quidam sunt serui pœnæ,ut sunt in metallum dati & in opus metalli.

De uerborum significatione.L.Detestatio. Vlpianus.

Serui appellatio etiam ad ancillam refertur.

De.S.C.Silaniano & Claudiano.L.i. Vlpianus.

Serui appellatione etiam hi continentur,qui sub conditione legati sunt, Nam medio temporis hæredis sunt.

De statu hominum.L.Summa.Caius.

Omnes homines,aut liberi ſunt,aut ſerui.
Seruitus eſt conſtitutio iuriſgentium, qua quis dominio alieno,contra naturam,ſubijcitur.
Serui ex eo appellati,quod imperatores captiuos uendere,& per hoc ſeruare,nec occidere ſolent.

L.Et ſeruorum.Martianus.

Et ſeruorum una eſt conditio.
Serui autem in dominium noſtrum rediguntur, aut iure ciuili,aut gentium:iure ciuili, ſi quis ſe maior uiginti annis ad precium participandum uænire paſſus eſt.

De origine iuris.L.Neceſſarium.
Pomponius.

Seruius autem in cauſſis orandis primum locum, aut certe poſt M.Tullium obtineret.

De uerborum ſignificatione.L.Pupillus.
Pomponius.

Seruorum appellatio ex eo fluxit, quod imperatores captiuos uendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolent.

De ſeruitutibus.L.i.Martianus.

Seruitutes autem perſonarum ſunt,ut uſus,aut rerum ut ſeruitutes ruſticorum prædiorum & urbanorum.

L.Seruitutes.Paulus.

Seruitutes prædiorum aliæ in ſolo,aliæ in ſuperficie conſiſtunt.

De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.L.i.
Vlpianus.

Seruitutes prędiorum ruſticorum ſunt hæ,Iter,actus uia,aquæductus.

De auro,argento,mundo.L.Si quis.
Paulus.

Seu) Titio uina, quæ in urbe habeo,ſeu in portu,

do,lego,Hoc enim uerbum ſcilicet,ſeu,ampliandi legati gratia poſitum eſt.

De origine iuris.L.Neceſſarium. Pomponius.

Sextus Papyrius leges regias in unum contulit.

De inſtrumento,uel inſtrumento legato.L. Prædia.Scæuola.

Sicut eſt) Hæc uerba,ſicut eſt,ad inſtrumentum referri.

De rebus eorum, qui ſub tutela,uel cura ſunt.L. Ad teſtium. Vlpianus.

Signatas tabulas accipi oportet,& ſi linteo,quo tabulæ inuolutæ ſunt,ſigna impreſſa fuerint.

De origine iuris.L.Iuriſconſultus. Paulus.

συγγενεῖς græci uocant, quos nos cognatos appellamus.

De inſtrumento,uel inſtrumento legato.L. Quæſitum.Vlpianus.

Sigilla & ſtatuæ adfixę inſtrumento,inſtrumento domus non continentur,ſed domus portio ſunt.

De uerborum ſignificatione.L.ſylua. Paulus.

Sylua cædua eſt (ut quidam putant) quæ in hoc habetur,ut cęderetur, ſeruius eam quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus,aut radicibus renaſcatur.

L.Labeo.Vlpianus.

συνάλλαγμα Græci uocant contractum.

De muneribus & honoribus.L.Munerum. Arcadius.

συνδίκους) Defenſores quos Græci συνδίκους appellant.

De uerborum ſignificatione.L.Hoc uerbum Vlpianus.

Si quis) Hoc uerbo,ſi quis,tam maſculos quam fœ-

minas complectitur.

De riuis.L.i.Vlpianus.

Signinum riuum,id est lapideum.

De conditionibus institutionum.L.Vter. Macer.

Si uxorem duxerit,si dederit,si fecerit,ita accipi oportet,quod per eum non stet qnominus ducat, det, aut faciat.

De uerborum significatione.L.Apud Labeonem.Pomponius.

Sistit) Qui sistit, præstat eius de quo agitur præsentiam.

De gradibus adfinitatis.L.prima. Caius.

Sobrini qui ex consobrinis propagantur.

L.Non facile.Modestinus.

Socer pater uiri uxorisq; appellatur.

Socrus autem mater uiri uxorisq; appellatur.

Socer dicitur uxoris meæ pater,ego illius sum gener.

Socer magnus dicit̃ uxoris meæ auus,ego illius sum progener.

Socer retro pater meus est uxoris meæ. Hæc illi nurus.

L.Labeo.Vlpianus.

Soceri & socrus appellatione sponsorum parentes cõtinentur.

Ad legem Pompeiam de parricidijs.L.Cum pater.Martianus.

Cum pater & mater sponsi & sponsæ socerorum, ut liberorum sponsi, generorum appellatione contineantur.

De uerborum significatione.L.soceri. Terentius.

Soceri & sacrus appellatione auum quoq; & auiam

uxoris,uel mariti contineri reſpondetur.

De ritu nuptiarum.L.Adoptiuus.

Paulus.

Socrus appellatione non tantum uxoris meæ mater, ſed & auia & proauia intelligitur.

Matrem eius quam ſpõſam habui,Auguſtus interpretatus eſt,fuiſſe ſocrum.

Pro ſocio.L.i.Paulus.

Societas coiri poteſt,uel in perpetuum,id eſt,dum uiuit , uel ad tempus , uel ex tempore , uel ſub conditione.

De collegijs & corporibus.L.Sodales.

Caius.

Sodales ſunt,qui eiuſdem collegij ſunt, quam Græci ἑταιρίαν uocant.

De re iudicata.L.Si ſe non.

Vlpianus.

Soluiſſe accipere debemus non tantum eum qui ſoluit,uerum omnem omnino,qui ea obligatione liberatus eſt,quæ ex cauſſa iudiciali deſcendit.

De ſolutionibus & liberationibus L.Solutam.Martianus.

Solutam pecuniã intelligimus,utiq; naturaliter,ſi numerata ſit creditori.

L.Solutionis.Paulus.

Solutionis uerbum pertinet ad omnem liberatiõnem quoquo modo factam, magiſque ad ſubſtantiam obligationis refertur,quam ad nummorum ſolutionem.

De uerborum ſignificatione.L.Solutum.

Caius.

Solutum non intelligimus eum,qui licet uinculis leuatus ſit, manibus tamen tenetur, ac ne eum quidem

intelligimus solutum, qui in iudicio, siue uinculis seruatur.

L. Cum quærebatur. Paulus.

Soluto(Cum quærebatur, an uerbum soluto matrimonio dotem reddi, non tantum diuortium, sed & mortem contineret, hoc est, an & de hoc quoq; casu contrahentes sentirent, & multi putabant de hoc sensisse, & quibusdam alijs contra uidebatur: secundum hoc motus imperator pronunciauit, Id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud maritum.

L. Solutionis. Vlpianus.

Solutionis uerbo satisdationem quoq; omnem accipiendam placet.

Soluere dicimus eum, qui id facit, quod facere promisit.

L. Soluendo. Iabolenus.

Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

Ad senatusconsultum Trebellianum. L. Non enim. Paulus.

Non enim tantum solutio est hæreditatis restitutio, sed & successio cum obligetur.

De ædilitio edicto. L. Animi. Venuleius.

Sonticus) Quoties morbus sonticus nominatur eum significari, Cassius ait, qui noceat, Nocere autem intelligi, qui perpetuus sit, non qui tempore finiatur.

Sed & morbum sonticum eum uideri, qui inciderit in hominem, postquam is natus sit.

Sontes etenim nocentes dicuntur.

De re iudicata. L. Quæsitum. Marcellus.

Sonticus autem existimandus est, qui cuique rei

agendæ impedimento est litiganti, Porro quid magis impedimento est, quam motus corporis contra naturam, quem febrem appellant.

σόφισμα supra in uerbo Cauillationis.

De gradibus adfinitatis. L. Iurisconsultus. Paulus.

Sorores patrueles ex fratre, aut ex sorore natæ sunt.

De uerborum significatione. L. spadonum. Vlpianus.

Spadonum generalis appellatio est, quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item Thlasiæ, Thlibiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continetur.

De riuis. L. i Vlpianus.

Specus autem locus est ex quo despicitur, Inde specta cula sunt dicta.

De instrumento, uel instrumento legato. L. Quæsitum. Vlpianus.

Specularia affixa magis puto domus esse partem.

Spongiæ quibus columnæ, pauimenta, podia extergüntur.

De donis damnatorum. L. Diuus. Callistratus.

Spolia quibus indutus est, cum quis ad supplicium du citur, ut & ipsa appellatio ostendit.

De sponsalibus. L. i. Florentinus.

Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nu ptiarum.

L. 2. Vlpianus.

Sponsalia dicta sunt a spondendo. Nam moris fuit ueteribus stipulari & spondere sibi futuras uxores.

L. 3. Florentinus.

Vnde & sponsi & sponsę appellatio nata est.

De uerborum significatione. L. sponsio. Paulus.

Sponsio appellatur non solum quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioq́;.

De gradibus adfinitatis. L. Labeo.

Vlpianus.

Sponsus & sponsa continentur generi & nurus appellatione.

De statuliberis. L. Stichus. Marcellus.

Spopondisse aliqua significatione dici potest, etiam si non sit secuta obligatio.

De fluminibus ne quid. L. prima.

Vlpianus.

Stationem a statuendo dicimus. Is igitur locus demõstratur, ubicunq; naues tutè stare possunt.

Vt nauigare liceat in flumine publico. L. i.

Vlpianus.

Stagnum est quod temporalem continet aquam ibidem stagnantem, quæ quidem aqua plerunq; hyeme cogitur.

De uerborum significatione. L. Portus.

Vlpianus.

Statio est conclusa, atq; munita, inde Angiportum dictum est.

Quod quisq; iuris in alterum statuit, uti ipse eodem iure utatur. L. i.

Vlpianus.

Statuit rem perfectam significat, & consummatam iniuriam cœptam. Cum effectu accipimus, non uerbotenus.

De statuliberis. L. i. Paulus.

Statuliber est, qui statutam & destinatam in tempus, uel in conditionem habet libertatem. Vi ipsa fiunt statuliberi, Cum creditores fraudandi caussa manumittũtur. Nam dum incertum est, an creditor iure suo utatur, interim statuliberi sunt.

L. statuliberi. Pomponius.

Statuliberi à cæteris seruis nihilo pene differunt, & ideo quod ad actiones uel ex delicto uenientes, uel ex negocio gesto, uel contractu, pertinet, eiusdem conditionis sunt statuliberi cuius cæteri.

Stellionatus. L. Stellionatus. Vlpianus.

Stellionatus) Vbicumq; titulus criminis deficit, illic stellionatum obijciemus.

De uerborum significatione. L. Ager. Vlpianus.

Stipendium a stipe appellatum est, quod per stipes, id est, modica æra colligatur.

De uerborum obligationibus. L. Stipulationum. Paulus.

Stipulationum quædam in dando, quædam in faciendo consistunt.

Stipulationum. Pomponius.

Stipulationũ aliæ iudiciales sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, prætoriæ & iudiciales.

Stipulatio autem est uerborũ conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumúe se quod interrogatus est respondet.

De prætorijs stipulationibus. L. i. Vlpianus.

Stipulationes omnes sui natura sunt cautionales, ut quis sit cautior.

Stipulationum istarum prætoriarum quædam sunt quæ satisdationem exigunt, quædam quæ nudam repromissionem.

De uerborum obligationibus. L. Stipulationum. Paulus.

Stipulationum quædam certæ sunt, quædam incertę. Certum est quod ex ipsa pronunciatione apparet,

quid quale quantum ſit,ut aurei decem.
Stipulatio duplæ,repromiſſio eſt.

De actionibus & obligationibus.L.In honorarijs.Paulus.

Stipulationes quædam prætoriæ ſunt,etiam in rem, quia actionum inſtar obtinẽt,ut dãni infecti,legatorũ.

De uerborum ſignificatione.L.Sylua. Paulus.

Stipula illecta ſunt ſpicæ in meſſem deiectæ nedum lectæ,quas ruſtici cum uacauerit,colligunt.
Stragula ſupra in uerbo inſtrato.

De uerborum ſignificatione.L. Inter ſtuprũ. Modeſtinus.

Stuprum in uiduam committitur,ſed lex Iulia de adulterijs hoc uerbo indiferenter utitur.

Ad legem Iuliam de adulterijs coercendis.L Ex lege.Vlpianus.

Stuprum uero in uirginẽ uiduamúe cõmittitur,quod græci φθοράν appellant,id eſt corruptionem.

L.Stuprum.Modeſtinus.

Stuprum committit qui liberam mulierem cupidinis cauſſa,non matrimonij continet,excepta ſcilicet concubina.

De uia publica.L.AEdiles.Papinianus.

Sub dio,id eſt,cœlo libero.

De uerborum ſignificatione.L.Subſignatum.Paulus.

Subſignatum dicitur,quod ab aliquo ſubſcriptum eſt, Nam ueteres ſubſignationis uerbo, pro ſubſcriptione uti ſolebant.

L.Hæc uerba.Proculus.

Subiunctiui autem genera ſunt duo,unum,cum ex ꝓpoſitis finibus, ita non poteſt utrumq́ꝫ eſſe, ut poſſit neutrum eſſe,ueluti cum dicimus,aut ſedet,aut am

bulat, Nam ut nemo poteſt utrumq; ſimul facere, ita aliquis poteſt neutrum, ueluti is qui accumbit. Alterius generis eſt, cum ex propoſitis finibus, ita non poteſt neutrum eſſe, ut poſſit eſſe utrunq;: ueluti cum dicimus omne animal aut facit, aut patitur, nullum em̄ animal eſt, quod nec faciat, aut patiatur, at poteſt ſimul & facere & pati.

De uulgari & pupillari ſubſtitutione. L. i. Modeſtinus.

Subſtituere liberis pater non poteſt, niſi ſi hæredem ſibi inſtituerit.

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum. L. ſi plures. Vlpianus.

Succedanei tutores ſunt alieni periculi, qui ſuccedunt in aliorum locum.

De legatis. 3. L. Legatis. Martianus.

Sues autem porcorum appellatione continentur, quia & hi grægatim paſcuntur.

Sulci aquarij ſupra, in uerbo aquarij.

De legatis. 3. L. Ligni. Vlpianus.

Sulfurata de ligno æque eandem habebunt definitionem.

De uerborum ſignificatione. L. Carbonum. Vlpianus.

Sulfurata quoq; de ligno æque eandem habebunt definitionem. Ad faces quoq; parata non erunt lignorū appellatione comprehenſa: niſi hæc fuerit uoluntas. Strophyli integri de pinu, ligni appellatione continebuntur.

L. Pupillus. Pomponius.

Sum) Verbum ſum ambiguum eſt, utrum de toto, an de parte ſignificet, & ideo qui iurat ſuum non eſſe: adijcere debet, neq; ſibi commune eſſe.

De pœnis.L.Capitolium.Callistratus.

Summum supplicium esse uidetur ad furcam damnatio, itē uiui crematio, capitis amputatio, proxima morti pœna metalli coercitio, in insulam deportatio.

De legatis.3.L.Suos autem.Vlpianus.

Suos autem seruos, uel ancillas eos accipimus, qui sunt pleno iure testantis, inter quos fructuarij non continebuntur. Sed qui bona fide testatori seruiunt suorum appellatione, magis est ut contineantur, si modo suorum appellatione, eos quos suorum numero habuit, uoluit contineri.

L.Quisquis.Mętianus.

Summa) Et summæ appellatio ad corpora similiter accipi debet.

De suis & legitimis hæredibus.L.i.

Vlpianus.

Suos hæredes accipere debemus filios, filias, siue naturales, siue adoptiuos.

De supellectile legata.L.i.Pomponius.

Supellex, est domesticum patrisfamiliæ instrumentum, quod neq; argento, auro ue facto, uel uesti adnumeretur, id est res mobiles.

L.Supellectile.Paulus.

Supellectile legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, delphica, subsellia, scamna, lecti inargentati, culcitræ, toralia, mappæ uillosæ, uasa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucernæ, trullæ, uasa ahena uulgaria, id est quæ non proprte essent loco atributa, præterea capsæ, armaria, non capsæ & armaria propter libros & uestes.

L.Labeo.Celsus.

Tubero hoc modo demonstrare supellectilem tentat instrumentum quoddam patrisfamilias rerum ad quotidianum usum paratum, quod in aliam speciem non

caderet.

De uulgari & pupillari substitutione.L. Ex duobus.Paulus.

Supremus non is demum,qui post aliquem,sed etiam post quem nemo sit,intelligitur.

De superficiebus.L.Superficiarias. Caius.

Superficiarias ædes appellamus,quæ in conducto solo positæ sunt,quarum proprietas & ciuili, & naturali iure eius est,cuius & solum.

De bonorum possessione secundum tabulas L.i.Vlpianus.

Supremæ tabulæ hæ sunt,non quæ sub ipso tempore mortis factæ sunt,sed post quas nullæ factæ sunt,licet hæ ueteres sint.

De rebus eorum qui sub tutela,uel cura sunt. L.Lege Cornelia.Iulianus.

Suus hæres dici non potest,qui in potestate morientis non fuit.

De gradibus adfinitatis.L.Iurisconsultus. Paulus.

Sui dicuntur proximiores ex adgnatis.

T.

De uerborum significatione.L.Tabernæ. Vlpianus.

TAbernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ædificium,nempe ex eo quod tabulis clauditur.

L.Vnde.Paulus.

Vnde Tabernacula & contubernales dicti sunt.

De bonorum possessione secundum tabulas L.i.Vlpianus.

Tabulas testamenti accipere debemus omnem materiæ figuram,siue igitur tabulæ sint ligneæ,siue cuius

cunque alterius materiæ, siue chartæ, siue membranæ sint, uel si corium alicuius animalis, tabulæ recte dicentur.

De furtis.L.Si pignore.

Teli autem appellatione & fustis & ferrum & lapis & deniq; omne quod nocendi caussa habetur, significat.

Ad.L.Iuliam de ui publica L.Hi qui.

Paulus.

Telorum autem appellatione omnia,ex quibus singuli homines nocere possunt,accipiuntur.

De uerborum significatione.L.Si caluitur.

Caius.

Telum uulgo quidem id appellatur,quod ab arcu mittitur,sed nunc omne significatur quod mittitur manu. Itaq; sequitur,ut & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur:dictum ab eo, quod in longinquum mittatur,figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ,& hanc significationem inuenire possumus, & in græco nomine. Nam quod nos telum apppellamus, illi βέλος appellant,eoq; nomine uulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

L.Vt sunt.Paulus.

Terminata) Vt sunt iudicio terminata,transactione composita,longioris temporis silentio finita.

De iniurijs & famosis libellis.L. Prætor ait.

Vlpianus.

Tempore fit iniuria,si in ludis, & in conspectu prætoris.

De exceptionibus & præscriptionibus,& præiudicijs.L.Exceptiones.Caius.

Temporales exceptiones,atq; dilatoriæ quæ non semper locum habent,sed euitari possunt, qualis est pacti conuenti temporalis.

De pœnis.L.Frater.Papinianus.

Temporaria coercitio, quæ descendit ex sententia pœnæ est abolitio.

De petitione hæreditatis. L. Regulariter. Vlpianus.

Regulariter definiendum est eum demum teneri petitione hæreditatis, qui uel ius pro hærede, aut pro possessore possidet, uel rem hæreditariam.

Ad. S. C. Turpilianum. L. i. Martianus.

Tergiuersari, in uniuersum ab accusatione desistere.

De uerborum significatione. L. Pupillus. Pomponius.

Territorium est uniuersitas agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod magistratus eius loci, intra eos fines terrēdi, id est, submouendi ius habent.

Ad. S. C. Tertyllianum. L. i. Vlpianus.

Tertyllianum senatuscōsultum, Tertyllianum dictū quod rescripsit ad Ouinium Tertyllum.

L. Siue ingenua. Vlpianus.

Ex senatuscōsulto Tertylliano mater filij, uel filiæ legitimam hæreditatem accipit.

Ad. S. C. Trebellianum. L. Si eius. Martianus.

Ex Tertylliano senatuscōsulto, ad filiorum hæreditatem matrem admitti, constat.

De iniusto, rupto, irrito facto testamento. L. i. Papinianus.

Testamentum non iure factum dicitur, ubi solennia iuris defuerunt, aut nullius est momenti, cum filius, q fuit in potestate, præteritus est.

Qui testamentum facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant. L. i. Vlpianus.

Testamentum est, uoluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri uelit.

Testamenta quemadmodum aperiantur, inspiciantur. Lex. Tabularum. Vlpianus.

Testamentum autem proprie illud dicitur, quod iure perfectum est. Sed abusiue testamenta quoque ea appellamus, quæ falsa sunt, uel iniusta, uel irrita, uel rupta, item quæ imperfecta, solemus testamenta dicere.

De testamentaria tutela. L. Testamento. Vlpianus.

Testamento datos tutores accipere debemus eos, qui iure dati sunt.

De tutoribus & curatoribus datis ab his qui ius habent. L. Cum quidem. Vlpianus.

Temporarius tutor datus ad certum tempus & finitum.

De uerborum significatione. L. Ter enixa. Paulus.

Ter enixa uidetur, etiam quæ tergeminos peperit.

De adquirendo rerum dominio. L. Nunquam. Paulus.

Thesaurus est quædam uetus depositio pecuniæ cuius non exstat memoria, ut iam dominium non habeat.

L. Adeo quidem. Caius.

Appellatione autem tigni omnes materię significãtur ex quibus ædificia fiunt.

De tigno iniucto. L. i. Vlpianus.

Tigni appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificium constet, uineæque necessaria unde quidam aiunt, tegulam quoque & lapidem, & cæmenta cæteraque, si qua ædificijs sunt utilia, Tigna enim a tegẽdo dicta sunt, hoc amplius & calcem & arenam appellatione tignorum contineri. Sed & in uineis tigni appellatione omnia uineis necessaria continentur, ut puta perticæ, pedamenta.

Ad exhibendum. L. Tigni. Vlpianus.

Tigni appellatione omnem materiam in Lege vij.tabularum accipimus,ut quibusdam recte uidetur.

De uerborum significatione.L.Tigni.Caius.

Tigni appellatione in lege duodecim tabularũ omne genus materiæ,ex qua ædificia constant,significatur.

De origine iuris.L.Necessariũ.Pomponius.

Tyberius Caruncanus qui primus profiteri cœpit, cuius tamen scriptum nullum extat,licet responsa complura & memorabilia eius fuerint.

De legatis.3.L.Cum quæreretur.Africanus.

Topiarium ornandi,saltuarium autem fruendi & custodiendi fundi magis,quam colẽdi gratia paratũ esse.

De uerborum significatione.L.Si caluitur, Caius.

τόξευμα apud græcos quidem proprio nomine uocatur id quod ab arcu mittitur, apud nos autem communi nomine & telum appellatur.

De adquirendo rerum dominio.L.Traditio. Vlpianus.

Traditio nihil amplius transferre debet,uel potest,ad eum qui accepit,quam est apud eum qui tradit.

De nautico fœnore L.i.Modestinus.

Traiectitia pecunia est,quæ trans mare uehitur.

De transactionibus.L.i.Vlpianus.

Qui transigit,quasi de re dubia,& lite incerta neq; finita transigit.

L.2.Vlpianus.

Transactum accipere quis potest nõ solum,si Aquiliana stipulatio fuerit subsecuta,sed & si pactum cõuentum fuerit factum.

De uerborum significatione.L.Transacta. Paulus.

Transacta finitaue intelligere debemus non solum,de quibus controuersia fuit,sed etiam quæ sine contro-

uersia sunt possessa.

De captiuis & postliminio, & de redemptis ab hostibus. L. Postliminium. Paulus.

Transfuga autem non is solus accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed & qui per induciarum tempus ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta, transfugit.

Ad. S. C. Trebellianum. L. i. Vlpianus.

Trebellianum) Factum est senatuscõsultum Trebellianum temporibus Neronis, octauo calẽdis septembribus Anneo Seneca & trepellio Maximo cõsulibus.

De uerborum significatione. L. Neratius. Marcellus.

Neratius Priscus tres facere existimat collegiũ, & hoc magis sequendum est.

De excusationibus tutorum & temporibus earum. L. Excusantur. Vlpianus.

Optimus Vlpianus de tribus tutelis, quæ dicũtur tria onera tutelarum, sic accipienda sunt, ut non numerus pupillorum plures tutelas faciat, sed patrimoniorum separatio. Nam datus tribus fratribus tutor, quorum indiuisum patrimoniũ habet, unam tutelam suscipit.

De origine iuris. L. Necessarium. Pomponius.

Tribunus celerum equitibus præerat, & ueluti secundum locum à regibus obtinebat, quo in numero fuit Iunius Brutus.

Tribuni plebis) Cum plebs a patribus secessisset, anno ferè septimo decimo post reges exactos, tribunos sibi in monte sacro creauit, qui essent plebei magistratus, dicti Tribuni quod olim in tres partes populus diuisus erat, ex singulis singuli creabant, uel quia tribuum suffragio creabantur.

Tribuni militum) Cum post aliquot annos plebs cõ

tenderet, cum patribus & uellet ex suo quoq; corpore consules creare & patres recusarẽt, factum est ut Tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus consulari potestate, hiq; constituti sunt uario numero, interdum enim uiginti fuerunt, interdũ plures, nonnunquam pauciores.

Triumuiri monetales, æris, argenti, auri flatores.

Triumuiri capitales, qui carceris custodiam haberent ut cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret.

De uerborum significatione. L. Ager.
Vlpianus.

Tributum sane appellatur ab intributione, uel ex eo, quod militibus tribuatur.

De actione & electione. L. Apud Aufidium.
Labeo.

Triclinaria, uestes senatoriæ quibus utuntur in tricliniis.

De origine iuris. L. Necessarium.
Pomponius.

Tripertita) *Sextũ AElium etiam Ennius laudauit*, Et exstat eius liber, qui inscribitur Tripertita, qui ueluti cunabula iuris continet.

Tripertita autem dicitur, quoniam lege xij. Tabularum præposita iungitur interpretatio. Deinde subtexitur legis actio.

De gradibus adfinitatis. L. Iurisconsultus.
Paulus.

Tritauus autem is est, patris & matris atauus, aui uel auiæ abauus, proaui uel proauiæ auus, abaui uel abauiæ auus, ataui uel atauiæ pater, dictus quasi Tertius auus.

De uerborum significatione. L. Tugurij.
Pomponius.

Tugurij appellatione omne ædificium, quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quam quod urbanis ædibus, significatur, Ofilius ait tugurium a tecto, tanquã tegulariũ, esse dictum: ut Toga, quod ea tegamur.

De tutelis. L. i. Paulus.

Tutela ius ac potestas in capite libero, constituta ad tuendum eum qui per ætatem sua sponte se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa.

De senatuscõsulto Silaniano & Claudiano. L. i. Vlpianus.

Tulisse autem auxilium non tantum is uidetur, qui seruauit dominium, hoc est qui potuit ita opem ferre, ut saluus esset dominus, uerum is quoq;, qui quidquid potuit, fecit, tametsi dominus interfectus est.

De conditionibus & demonstrationibus. L. Si his. Pomponius.

Tum) *Si in quinquennio proximo Titius filius natus non erit, tũ decem Seio hæres dato*, Hic articulus, Tum, extremi qninquennij tempus significat.

Vi bonorum raptorum & de turba. L. Prætor ait. Vlpianus.

Turbam appellatã labeo ait ex genere tumultus, idq; uerbum ex græco tractum τύρβη.

Turba) *Si* plures fuerint decem puta. aut quindecim homines Turba dicetur.

Rectissime labeo inter turbam & rixam multum interesse ait. Namq; turbam multitudinis hominum esse turbationem & cœtum. At rixam duorum.

De testamentaria tutela. L. *Si* quis. Vlpianus.

Tutor testamentarius, qui testamento datus est, tutor legitimus qui lege.

De tutelis. L. i. Paulus.

Tutores sunt qui hanc uim ac potestatem habent, exq; re ipsa nomen acceperunt.

Tutores appellantur,quaſi tuitores atq; defenſores.

V.

De tritico,uino & oleo legato.L.Vinum. Proculus.

VAſa uinaria amphoras & cados intelligimus.

De auro,argento,mundo,ornamentis. L.Si gemma. Vlpianus.

Vaſorum appellatio generalis eſt, dicimus enim uaſa & uinaria & naualia.

De uſucapionibus & uſurpationibus.L.Nunquam.Paulus.

Vacuum tempus,quod ante aditam hæreditatem, uel poſt aditã interceſſit,ad uſurpationẽ hæredi procedit.

De locis & itineribus publicis.L.Viæ. Vlpianus.

Vectigal hoc appellatur ex eo quod pro ſolo pẽdatur

De inſtrumento,uel inſtrumento legato.L. Quæſitum.Vlpianus

Vela Cilicia quæ ideo parantur ne ędificia uento,uel pluuia laborent.

De liberis & poſthumis hæredibus inſtituẽdis.L.Gallus.Scæuola.

Vellea lex multos caſus rumpendi teſtamẽtũ abſtulit, quæ uoluit,uiuis nobis natos ſimiliter non rumpere teſtamentum.

De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum.L.Tutor qui.Iulianus.

Vectigal octaua cuiuſlibet rei quæ uehitur.

Ad.S.C Velleianum.L.i.Paulus.

Velleiano ſenatuſconſulto pleniſſime comprẽſum eſt, ne pro ullo fœminæ intercederent.

De uerborum ſignificatione.L. Qui uenenũ. Caius.

Qui uenenum dicit,adijcere debet malum, an bonum

ſit.Nam & medicamenta uenena ſunt,quia eo nomine omne continetur,quod adhibitum eius naturam cui adhibitũ eſſet,mutat.Cũ id quod nos uenenũ appellamus græci φάρμακον dicunt:apud illos quoq; tam medicamenta,quam quæ nocent,hoc nomine continẽtur

Ad.L.Corneliam de Siccarijs.L.Eiuſdem. Martianus.

Adiectio autẽ iſta veneni mali oſtẽdit eſſe quædã & non mala uenena, ergo nomẽ medium eſt & tam id quod ad ſanandum,quã id quod ad occidendũ paratũ eſt,continet,Sed & id quod amatorium appellatur.

L.Cedere.Vlpianus.

Venire diem ſignificat eumdiem ueniſſe,quo pecunia peti poſſit.Vbi ergo pure quis ſtipulatus fuit: & ceſſit & uenit dies.Vbi in diem,ceſſit dies,ſed nondum uenit.Vbi ſub conditione,neq; ceſſit,neq; uenit dies,pẽdente adhuc conditione.

De iniurijs & famoſis libellis.L.Item apud. Vlpianus.

Verberaſſe dicitur abuſiue & qui pugnis ceciderit.

Verberatio ſupra in uerbo pulſatio.

De actionibus & obligationibus.L.i. Caius.

Verbis obligatio contrahitur,ex interrogatione & reſponſione,cum quid dari fieriúe nobis ſtipulamur.

De actionibus & obligationibus.L.Obligamur.Modeſtinus.

Verbis obligamur cum præcedit interrogatio & ſequitur congrua reſponſio.

De ſolutionibus & liberationibus.L.Verborum.Pomponius.

Verborum obligatio, aut naturaliter reſoluitur, aut ciuiliter. Naturaliter,ueluti ſolutione: ciuiliter ueluti acceptilatione.

De legatis.3.L.Si cui.Vlpianus.

Versicoloria non continentur appellatione lanæ.

De in rem uerso.L. Si pro patre. Vlpianus.

Versum sic accipimus, ut duret uersum.

De administratione & periculo tutorum.L. Tutor qui.Iulianus.

Vertisse in suos usus non accipimus eum qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipse sibi non soluit.

De auro, argento, mundo, ornamentis.L.Vestimenti.Vlpianus.

Vestimenti, id est, quod detextum est, & si desertũ non est, quod in tela est nondum detextum, contextum appellatur.

L.Vestis.Vlpianus.

Vestimenta uirilia sunt. quæ ipsius patrisfamilias caussa parata sunt ueluti togæ & tunicæ.

De legatis.3.L.Librorum.Vlpianus.

Vestis appellatione nondum detextam contineri, non putat Vlpianus.

De supellectile legata.L.Qui uestem. Iabolenus.

Vestis autem non potest uideri supellectilis appellatione contineri.

De uerborũ significatione.L.Verbis.Paulus.

Vestis appellatione tam uirilis, quam muliebris, & scenica, etiam si tragica. aut citharæda sit, continetur.

De furtis.L. Qui uas.Vlpianus.

Vetare autem dominum accipimus etiam eũ, qui ignorat, hoc est eum qui non consentit.

De ueteranis.L.Veteranos.Paulus.

Veterani ab exactione tributorum habent immunitatem, hoc est, ne exactores tributorum constituantur.

De aqua & aqua pluuia arcenda.L.Interdũ. Martianus.

Veterana mancipia, q̃ anno cõtinuo in urbe seruierũt.

De actione & electione. L. Vetus. Vlpianus.

Vetus uinum accipitur, quod non est nouum. Siquidem & anni prioris uinum, appellatione ueteris continebitur.

De seruitutibus rusticorum prædiorum. L. i. Vlpianus.

Via ius eundi & agendi & ambulandi.

De uia publica. L. i Vlpianus.

Viam aperire est ad ueterem altitudinem latitudinemq; restituere.

De locis & itineribus publicis. L. Pretor Vlpianus.

Viam publicam eam dicimus, cuius etiam solum publicum est.

Viarum quædam publicæ sunt, quædam priuatæ, quędam uicinales, publicas uias dicimus quas græci βασιλικὰς nostri prætorias, alij consulares uias appellant.

De muneribus & honoribus. L. Munerum. Arcadius.

Viaticum (quod legatiuum dicitur) interdum accipere legati solent.

De legatis. 3. L. Cum autem. Vlpianus.

Vicarios autem seruorum suorum numero non contineri, Pomponius libro quinto scribit.

De damno infecto. L. Fluminum. Vlpianus.

Vicium autem ædium & loci esse, labeo ait, quod accedens extrinsecus infirmiores eas facit.

De ædilitio edicto. L. Animi. Venuleius.

Vicium) Animi potius quam corporis uicium est.

De uerborum significatione. L. Inter stuprũ. Modestinus.

Vicium perpetuum corporis impedimentum, ueluti si talum excusserit, ita luscus uiciosus est.

L. Verbo. Vlpianus.

Verbo Victus continentur quæ esui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendũ homini sunt necessaria: uestẽ quoq; uictus habere uicem, Labeo ait.

De locis & itineribus publicis. L. Prætor ait. Vlpianus.

Vicinales uiæ sunt, quæ in uicis sunt, uel quæ in uicos ducunt, has quoq; publicas esse quidam dicunt.

L. Et Cætera. Caius.

Victus) Et cætera quoq;, quibus tuendi curandique corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur.

L. Instrato. Vlpianus.

In uictu ergo uestem accipimus non stragulam, instratum omnem stragulam uestem.

De statuliberis. L. Labeo. Papinianus.

Videbitur, pro hoc accipi debet, uideri poterit.

De uerborum significatione. L. Malum. Iabolenus.

Viduam nõ solũ eam, quæ aliquãdo nupta fuisset, sed eam quoq; mulierem, quæ uirum non habuisset, appellari ait Labeo: quia uidua sic dicta est, quasi uecors, uesanus, qui sine corde, aut sanitate esset: similiter uiduam esse dictam sine duitate.

Quod ui & clam. L. i. Vlpianus.

Vi factum uideri Quintius Mutius scribit, si quis contra quam prohiberetur, fecerit, & mihi uidetur plana esse Quintij Mutij definitio.

Aristo ait eum quoq; uim facere, qui cum sciret se prohiberi, per uim molitus est, ne prohiberi possit.

De instrumento, uel instrumento legato. L. Si ita. Pomponius.

Villa pars fundi sine ulla dubitatione habetur.

De tritico, uino & oleo legato. L. Si quis. Vlpianus.

Vini appellatione non continebitur proprie mulsum.

De uerborum significatione. L. Vinaria. Vlpianus.

Vinaria uasa proprie uasa torcularia placet esse. Dolia autem & serias tandiu in ea caussa esse, quandiu uinum haberent. Cum sine uino esse desinerent, in numero non esse. Quoniam ad alium usum transferri possunt, ueluti si frumentum in his condatur. Eandem caussam amphorarum esse: ut cum uinum habeant, tum in uasis uinarijs, cum inanes sint, tunc extra numerum uinariorum sint, quia aliud in his condi possit.

L. Verum est eum. Vlpianus.

Verum est eum, qui in carcerem clausus est, non uideri neq; uinctum. neq; in uinculis esse, nisi corpori eius uincula sint adhibita.

L. Vinculorum. Venuleius.

Vinculorum appellatione, uel priuata, uel publica uincula significari, custodiæ uero tantum publica custodia.

L. Virilis. Vlpianus.

Virilis appellatio interdum etiam totam hæreditatē contineri dicendum est.

De legatis primo. L. Si duobus. Pomponius.

Viriles partes separatim singulis uiris.

De ui & ui armata. L. prima. Vlpianus.

Vi possidere eum definiendum est, qui expulso uetere possessore, adquisitam per uim possessionem tenet.

Ad. L. Iuliam de ui priuata. L. Creditores. Callistratus.

Vis est & tunc quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit.

Si quis cautionibus in iudicio sistendi. L. Nō exigimus. Vlpianus.

Vis fluminis etiam sine tempestate accipienda est. Vim fluminus intelligimus, & si nauigando eius impedimento sit, siue pons solutus sit, uel nauigium non stet.

Locati & conducti. L. Si merces. Caius.

Vis maior quam græci θεοῦ βίαν appellant.

Arborum furtim cæsarum. L. Vitem. Vlpianus.

Vitem arboris appellatione contineri, plerumq; veterum existimauerunt.

De uerborum significatione. L. Quod nos. Caius.

Viuere quidem putant ad cibum pertinere, sed Ofilius ad Atticum ait, his uerbis & uestimenta & stramenta contineri, sine his enim neminem uiuere posse.

De gradibus adfinitatis. L. Non facile. Modestinus.

Vitricus matris uir ex alio uiro natis.

De suis & legitimis hæredibus. L. Post cōsanguineos. Vlpianus.

Vltimus is est, quem nemo sequitur.

De pœnis. L. Vltimum. Celsus.

Vltimum supplicium esse mortem solam interpretamur.

De auro, argento, mundo, ornamentis. L. Argumento. Vlpianus.

Vnguenta, quibus ualetudinis caussa ungimur.

De uerborum significatione. L. Detestatio. Vlpianus.

Vnicus seruus familiæ appellatione non continetur, nec duo quidem familiam faciunt.

De diuisione rerum.L.Intantum.Martianus.

Vniuersitatis sunt,non singulorum, quæ in ciuitatibus sunt theatra, stadia,& siqua sunt alia communia ciuitatum.

De legatis.3.L.Librorum.Vlpianus.

Volumen Homeri pro libro accipiendum est.

De uerborum significatione.L.Impensæ. Paulus.

Voluptariæ sunt,quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent,ut sunt uiridaria,aquæ saliētes, incrustationes,lorications,picturæ.

Voluptariæ etiam supra,Impensæ.

L.Vrbana.Pomponius.

Vrbana familia & rustica non loco,sed genere distinguitur,Potest enim aliquis dispēsator non esse urbanorum seruorum numero,ueluti is,qui rusticarum rerū rationes dispenset, ibiq; habitet & non multum absit a uillico.

L.Vrbana.Vlpianus.

Vrbana prædia omnia ædificia accipimus,non solum ea quæ sunt in oppidis,sed & si forte stabula sunt,uel alia meritoria iu uillis,& in uicis,uel si prætoria, uoluptati tantum deseruientia,quia urbanum prædium nō locus facit,sed materia,Proinde hortis quoq; si q sunt in ædificijs constituti.dicendum est in urbanorum appellatione cōtineri, Plane si plurium horti in reditu sunt (uinearij forte,uel etiam olitorij)magis hæc non sunt urbana.

De legatis.3.L.Seruus.Paulus.

Vrbani serui intelligendi sunt,quos paterfamilias inter vrbanos adnumerare solitus sit,quod maxime ex libellis familiæ,item cibarijs depræhendi poterit.

L.Cum quæreretur.Africanus.

Vrbanos seruos solos eo numero haberi,quos paterfa-

milias circum se ipse sui cultus caussa haberet.

De uerborum significatione. L. Vrbis, Paulus.

Vrbis appellatio muris finitur.

L. Alfenus. Marcellus.

Vrbem (Alfenus ait) esse Romam, quà muro cingeretur.

L. Pupillus. Pomponius.

Vrbs ab urno appellata est. Vruare est aratro definire, & Varus ait vrnum appellari curuaturã aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet.

De penu legata. L. Nam quod. Paulus.

Vrbes ferè omnes muro tenus finiri.

De uerborum significatione. L. Vsura. Pomponius.

Vsura pecuniæ quam percipimus, in fructu non est: quia non ex ipso corpore, sed ex alia caussa est, id est noua obligatione.

De usucapionibus & usurpationibus. L. Vsurpatio. Paulus.

Vsurpatio est vsucapionis interruptio, oratores autem usurpationem frequenter usum uocant.

L. Vsurpatio. Modestinus.

Vsurpatio est adiectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti.

De usufructu & quemadmodum quis utatur & fruatur. L. i. Paulus.

Vsusfructus est ius alienis rebus utendi, fruendi, salua rerum substantia.

L. Est enim. Celsus.

Est enim ususfructus ius in corpore quo sublato, & ipsum tolli necesse est.

De uerborum significatione. L. In lege. Vlpianus.

Vſu ſuo,quod uictus ſui cauſſa paratum eſſet,tantum contineri.

Ad legem Iuliam de adulteris.L.Miles. Papinianus.

Vtiles dies,quibus potuit accuſationis ſolennia implere.

Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur L.Vtile.Vlpianus.

Vtile tempus,ut ſinguli dies in eo utiles ſunt,ſcilicet, ut per ſingulos dies & ſcierit & potuerit admittere bonorum poſſeſſionem.

De ſtatu hominum.L.Vulgo.Modeſtinus.

Vulgo concepti dicuntur,qui patrem demonſtrare nõ poſſunt quidem,ſed cum habent,quem habere non licet,qui & ſpurij appellantur παρὰ τὴν σποράν

Di uino,tritico & oleo legato.L.Si quis. Vlpianus.

Zythum,quod in quibuſdam prouincijs ex tritico,uel hordeo,uel pane conficitur.

De militari teſtamento.L.prima. Vlpianus.

χιλίαρχον ipſum ducem græci appellant.

¶LEXICON IVRIS CIVILIS EX quinquaginta Digeſtorum,ſeu pandectarum libris deſumptum.Per Franciſcum Iammetium Textorē Iam primum typis excuſum,finit.

PARISIIS, APVD MICHAELEM VASCOSANVM, IN VIA SANCTI IACOBI, SVB SIGNO FONTIS.

M. D. XXXIIII.

DE POPVLARIBVS ACTIONIbus Titulus vicesimus tertius digestorum, seu Pandectarum libri quadragesimi septimi, vna cũ interpretationibus F. Iãmetii Textoris.

Parisiis apud Michaelem Vascosanũ in via S. Iacobi sub signo Fontis.
M.D.XXXIIII.

NOBILISSIMO. D. PROTONOTArio taurino Marco Calmontano iurisconsulto Franciscus Iammetius textor. S. P. D.

SIMVL ut titulum pandectarum de actionibus popularibus interpretatus sum, statim cogitaui per multas horas, cui dedicarem accõmodaréque uiderer. Inter alios multos tua in me summa humanitas persuasit, (quæ in te tãta omniũ bonorum præconium facit) uetuítque, ne alteri quam tibi in præsentiarum ascriberemus. Quare bono animo uelim, accipias, quanquam multò meliora tua expectatio desideraret, multóq; maioribus dignus fueris. Nam omnium rerum gaudium est extremum amicis, si norint dignitati suorum recte cõsuluisse, fuisséq; aliquid, quod placeat, pulcherrime dono dedisse. Tibi autem (ni fallor) nihil omnino quod gestiã magis offerre, quàm ista numera, in quibus mihi psuasum est, te multum delectari, illisq; omnes solicitudines & curas animi tui soluere. Quid igitur potest esse iucundius? quid suauius? quid gratius? quàm id in quo cum magna consolatione multis annis uersatus, tuisq; magna diligentia, prudentia, & æquitate sua patrimonia, de quibus spes deplorata erat, in integrũ restitiueris? Ne tamẽ putes id dictũ ut obsequio uelim amicos retinere, nõ autẽ ueritate, sed ut cæteris sis uirtutis exemplũ. Dicẽdũ enim fuit te bene fortiterq; tale negotiũ suscepisse, cũ tibi finem æquitatis statueris, ut nunc exitus probat. Huc etiam accedit uitæ tuæ integritas tuam nobilitatem cum dignitate commendans ad omnia honesta paratissima. Quam desiderarem cõmunem esse, ac familiarem principibus uirisq; amplissimis, & maxime reipublicæ primoribus, omnia (ut decet) integra exirent, locísque opportunis daren-

tur. Quare te hortor atq; moneo Taurine optime, ne ullum tempus intermittas, quin quod honeste cœptum est peragas. Cæterum si hoc tempore in quo summi uiri in iure ciuili scribũt, qualis est noster Budęus, Alciatus, & alij multi homines doctissimi, audeam, quasi iuris ciuilis interpres quicquã emittere, non miraberis. Nam quamuis omnibus numeris non sim iurisconsultus absolutus, tamẽ animi mei uiribus nõ magis cõfidens, quâm iuris ciuilis cognitioni, ita scribo, vt uidear huius profectionis studiosus. Quare si contingat (quod deus auertat) me lapsum esse, uenia me dignum arbitror, qui duntaxat mea studia, si apud me ulla esse possunt, iuuenibus legum studiosis facere communia uolui. Me enim magis trahit omnium hominũ communis utilitas, si per me aliqua succrescere potest, quàm ullus quæstus priuatus, aut gloriæ stimulus. Nullum igitur (ut finem faciamus) mihi futurum periculum uideo, quando elegerim talem tutorem, qualem te spero futurum aduersus omnes. Tibi autem sit persuasum hoc nostrum munusculum bono, magnoq; animo accipere: méque, vt cœpi, nulla re defuturum cõfidas, cum tibi plura tuis meritis in me debeã. Proinde tua authoritate me tuendum existimo.

VALE.

HISTORIA VLPIANI.

DOmitius Vlpianus præfectus prætorio, Alexandri familiarissimus, tutor & scrinij magister fuit. Eum uerticem legum, & nobilissimũ & egregium Modestinus appellauit. Ad edictũ libros octoginta tres reliquit, ad Sabinum lib. quinquaginta unum, ad leges uiginti. Omnium tribunalium decem, De officio proconsulis decem, Regularum septem, Fideicommissorum sex, Opinionum sex, Eius præterea

esse libri quinque de adulterijs ferũtur, De appellatio nibus quatuor, De officio cõsulis tres, Institutionum duo, De censibus sex, Responsorum duo, Ad edictum æcilium curulium duo, Septem etiam cõposuit libros singulares, quos scripsit de spõsalibus, De officio præfecti urbi, De officio præfecti uigilum, De officio curatoris reipublicę, De officio prætoris tutelaris, De officio quęstoris, De officio consularium, πανδεκτῶν De excusationibus tutelarum, Regularum cursus: Libros tandem publicarum disceptationum, ad perẽnem sciẽtiã, & memoriã pariter ædidit. L. i. Pãd. de cẽsibus. Tyriorũ Colonia originẽ traxit, quæ seculorũ antiquissima, armipotens, fœderisq́ quod cum Romanis pcusſit, tenacissima fuit. Vlpianus optimus dicitur, in capite, excusantur, et nobilissimus, in capite, diximus, sub titulo de excusationibus tutorum. lib. 27. pandectarũ. Serbidius Scæuola & Paulus, & Domitius Vlpianus uertices legũ prudentũ, sunt authore Modestino, in capite scire etiam oportet, sub titulo eodem supra.

HISTORIA PAVLI.

IVlius Paulus Iaboleno, & Papiniano operam dedit, Præturam primum nactus, deinde cõsulatum gessit. Præfectus ab Heliogabalo, siue ut alijs placet, ab Alexandro factus: apud eum in magna uenera tione fuit. Ad edictum lib. octoginta, Quæstionum uiginti sex, Responsorum tres & uiginti, Breuis edicti tres & uiginti, Ad Plautium decem & octo, Ad sabinũ sedecim, Ad leges decem, Regularum septem, Sententiarum siue factorum sex, Sententiarum receptarũ quinque, Ad Vitellium Sabinũ quatuor, Ad Neratiũ quatuor, scripsit. Eius etiam fuẽre libri tres fidei commissorum, Decretorum tres, de adulteris tres, Manualium tres, Institutionũ duo, De officio procõsulis duo, Ad legem Iuliam duo, Ad legẽ AEliam Sentiam tres. De iure fisci duo, Ad edictũ ædilium curulium duo,

libri singulares sequũtur, Regularum iterum, Regularũ tertio, De pœnis Paganorum, De poenis militũ, De poenis omnium legum, De usuris, De gradibus & adfinibus, De iure codicillorum De excusationibus tutellarum, ad. S.C. Tertyllianũ, ad S.C. orphitianũ Ad Regulã Catonianã Ad S.C. Silamianum & Claudianũ ad. S.C. Velleianum, ad. S.C. libonianũ, De officio prefecti uigilũ. De officio pfecti urbi, De officio pretoris tutelaris De officio adcessorũ, De extraordinarijs criminibus ad hypothecariã formulã, Ad municipẽ, De publicis iudicijs, De inofficioso testamẽto De centũ uiralibus iudicijs, de iure singulari, de secũdis tabulis, Ad orationẽ diui Seueri, Ad orationem diui Marci & Cõmodi, Ad legem Velleam, Ad legẽ Cinciam, ad legẽ Falcidiam, De tacito fidei cõmisso, De portionibus, quæ libris damnatorũ conceduntur, De iuris & facti ignorantia. De adulterijs, De instructo & instrumento, De appellationibus, De adsignatione libertorum, De iure libellorum, De testamentis, De iure patronatus, De iure patronatus, quod ex lege Iulia & Papia uenit, De actionibus, De intercessionibus fœminarum, De operis libertorũ, De uarijs lectionibus, De donationibus inter uirum & uxorem, De legibus, De legitimis hæreditatibus, De libertatibus dandis, De senatusconsultis. Paulus autem fuit Patauinus, eius que statua, ut fama est, adhuc extat in patria, addam ex zazio, qui ait, Paulus non semel scotinos, id est, obscurus esse deprehenditur.

DE POPVLARIBVS ACTIONIbus Titulus uicesimus tertius digestorum, seu Pandectarum libri quadragesimi septimi, unà cum interpretationibus F. Iammetij Textoris.

ARGVMENTVM.

CVM inter homines potissimum populi ciuiumq́ utilitati sit consulẽdum, ut res populares ab omni periculo immunes permaneant: iurisperitis prudenter uisum fuit ad populi fructum aliquem & commodum, commune remedium afferre. In quo unusquisq́ uiam ad agendum, quantum sua intererit, habere poterit. Nam etsi uideatur commune, ad omnesq́ pertinere, tamen singulare beneficiũ esse, nemo dubitabit. Si autẽ quicquam, quod detrimento fuerit contingat, omnibúsq́ notum non appareat, qui primus resciuerit nominis publici iure munitus in reos aget, nec aliquam exceptionem cognita caussa patietur. Lex igitur atq́ priuilegium proponuntur in hoc titulo: quibus si aut libertas, aut iura popularia, aut ociũ, quod maxime iucundum est, ledantur, etiam restitutio in integrum pollicetur. Ne igitur malæ mentis homines quicquã obscure moliantur, spe ac specie subterfugij, ueniam sui sceleris sibi persuadẽtes. Sed credant, ut si album prætoris corruperint, sibi dari quinquaginta aureorũ iudicium, quod populare est: ut eleganter Vlpianus ait libro tertio ad edictum, in capite, si quis, sub titulo de iuriditione omnium iudicum in pandectarum libro secundo.

Paulus libro primo ad edictum.

Eam popularem actionem dicimus, quæ suum ius populo tuetur.

INTERPRETATIO.

HOc caput primum ex Pauli sentẽtia, duntaxat definit, quid dicatur actio popularis. Ait enim esse iudiciũ, quo populus tueri ac repetere possit, quod sibi aut corruptum aut diminutum esse uideatur. Pro cuius intellectu, duo a nobis erunt animaduertenda, Quæ sit actio popularis, Quid ius populi secum habeat, Actio popularis nihil aliud est, quàm ius persequendi, aut in senatu, aut coram iudice quod populo debetur. Namq; agit hac actione unusquisq;, aut cum eo, qui est obligatus sibi nomine publico, uel ex quodam maleficio, ut quemadmodum diceretur de effusis et deiectis in uiã publicam, propter quam esset actio pœnalis & popularis. Si autem homo liber mortẽ oppetierit ictu rei deiectæ in reum iudicium quinquaginta aureorũ dabitur, cuius rei author est Vlpianus in lege prima sub titulo de ijs qui deiecerint uel effuderint libro nono pandectarũ. Nam utilitas publica est sine metu & periculo per itinera uiam facere. Cum multum intersit inter locum publicum & priuatum, in illo enim omnibus data est securitas, qua cautum est, ut teneantur eo iudicio, qui dãnum aliquod intulerunt, Ius uero populi dici potest quod omnibus & singulis multifariam competit. Primum autem id ipsum spectabimus in ædibus sacris, quæ ad omnes pertinent. Nam uulgò in illis orationes fiunt, atq; ad eas salutem sperantes confugiunt, qui grauissimè deliquerint: vbi ut tute conseruentur, omnium interest. Cum sit initio ita constitutum, necesse est igitur eo beneficio uti, si quodam malo omine ac superis aduersantibus, ita ceciderit. Deinde palatia,

permiſſum fuit apud prætorem poſtulare. Quod in hac parte non uidetur eſſe parui momenti. Nam multi ſunt, ſi recte licet colligere ex uerbis duobus huius capitis, qui ab hoc iudicio immunes uideantur. Quam ob cauſſam, ut interius id ipſum cognoſcamus, duo à nobis erunt deſcribenda. Quibus, ut ſpero, nihil inde pro huius rei intelligẽtia hæſitandum. Primum igitur occurrit dicendum, de his qui dici poſſint perſonæ integræ. Imprimis ſunt, qui nulla infamia notantur. Infames autem multis modis deſcribuntur. Quales, qui ab ſuo imperatore dimiſſi erũt. Qui etiã artis ludicræ pronũciãdi ue cauſſa in ſcænã prodierint. Qui autẽ lenociniũ fecerint Qui furti, iniuriarũ, de dolo malo ſuo nomine dãnati fuerint. Quorũ numerũ receſere lõgũ eſſet. Si tamen flagitaueris, Iulianus libro primo ad edictum ſub titulo de his qui notãtur infamia, omnes ſpecies enumerat. Poſſumus etiam accipere eas perſonas eſſe integras, quibus ad agendum nunquam prohibitum fuit. In hac quidem parte, ni fallar, pupilli, infantes, minores, furioſi, ſerui omnes non habentur. Nam ſi ſua iura ſpectemus quantum ad ſolemnia iuris, ciuilesq́ contractus, non planè integra uidere nobis licebit. Si enim filius, aut ſeruus pactus ſit ne ipſe peteret, inutile eſt pactum. Contra autem regulas iuris ciuilis pacta conuenta rata non recipiuntur. Nã ſi pupillus ſine ſuo tutore pactus ſit, ne a debitore ſuo peteret, vt non ualet, ita nec dici poteſt legitimum. Quemadmodũ Caius pulchre ſcribit libro primo ad edictum prouinciale ſub titulo de pactis. Quæ aliæ ſint perſonæ non integræ, tibi legenti iuriſconſultorum ſcripta elegantiſſima, obuiam ibunt. Alterum uero in his uerbis Pauli: Cui per edictum poſtulare licet. Hoc edictum propoſuit prætor ſuæ dignitatis tuendæ cauſſa: ne citra decorum & paſſim apud ſe poſtularetur. Quare accipere debemus, Poſtulare, deſide-

rium suum, uel amici sui in iure apud eum qui iuridictioni præest, exponere uel alterius desiderio contradicere. Quo numere fungi, ut in totum postulent, infantes, minores annis decem & septem, surdi prohibentur. Voluit enim prætor moderatam ætatem in publicum procedere. Sed si quid longe plura desideraueris, consulas integrum titulum de postulando in libro tertio pandectarum. Et titulum de his qui notantur infamia.

Lex quinta Paulus.

Qui populari actione conuenietur, ad defendendum procuratorem dare potest: is autem, qui eam mouet, procuratorē dare nō potest.

Quintū caput ei, qui ad iudicē uocatus est, permittit, ut pro eo in iudicio stet procurator, q defensoris munere fungatur. Nam iura ciuilia magis fauent reis, quàm actoribus, cum nequaquam sit prætoribus certum, quale sit ius agentium, qui contendunt de lucro captādo, Illi uero, ut damnum fugiant. Esset autem iniquū ac præter naturam, quasi fauore, ope, & consilio actores iuuare, qui præter sumptus, si caussæ cesserint, nihil incōmodi referrēt. Non autē ita cōtra. Quādiu igit ambiguū erit de iure utriusq;, tādiu probādi negociū actoribus dabitur, Quā enim pœnā legitimā esse nemo negaret, quod ad tēpus probationis iniuste potius postulare uisus sit de quo āplius dubitari nō potest, nā iura ut absoluant faciliora, quam ut damnent. In quo attente intelligendum uter rei partes obtineat, Nam reus cum excipit in partes actoris trāsit. Id Vlpianus sub titulo de probationibus ait, In exceptionibus dicendum est reum partibus actoris fungi oportere ipsumq; exceptionem, uelut intentionem implere, ut puta, si pacti conuenti exceptione utatur, docere debet pactum conuentum factum esse. Quibus uerbis satis compertum habemus, reum a principio fieri postea

exceptione actorem. Mirandum igitur nõ est, si rei habeant potestatem introducendi procuratorem in iudicium actionis popularis. Cæterum, ut integre hanc legem persequamur, is qui actionẽ popularem mouit, sine dubio id priuilegij non adeptus est, quo possit, ut diximus de reo, uti ad dandum procuratorem. Quam sententiam Paulus iurisconsultus confirmat sub titulo de ꝓcuratoribus his uerbis: Licet in popularibus actionibus procurator dari non possit, tamen dictum est merito eum qui de uia publica agit, & priuato dãno ex prohibitione afficitur, quasi priuatæ actionis dare posse procuratorem. Hoc igitur ut dicamus, necesse est nullo pacto, quoties agitur de re publica. procuratorem dari suo nomine. Quare, ut mea fert sentẽtia, hoc pertinet ad ea, quæ publico usui destinata sunt Nam dũtaxat id spectabimus, an quis dãnum sentiat. Quod si non sentiret, ut puta, de eo qui in littore edificaret, si nulli attulit incommodum tuendus esset. Cum autem aliquid in publico fieri permittitur. ita oportet permitti, ut sine iniuria cuiusquam fiat. Sed ut nihil te lateat, huc dũtaxat adducemus ex Vlpiani sentẽtia, quid sit procurator. Est autem, qui aliena negocia mãdato domini administrat. qui uel omnium rerũ, uel unius rei esse potest. Si ampliora ad hanc rem desideraueris. cõsulas integrum titulum de procuratoribus, libro tertio pandectarum. Lex sexta Vlpianus Mulieri & pupillo populares actiones non dantur nisi cum ad eos res pertinet.

INTERPRETATIO.

SExtum caput prohibet, ne hac actione populari mulieres & pupilli utãtur. Sunt quidem personæ ad publica munera non tam inaptæ quam impotẽtes. Nã fœminę ob sexus inaptitudinẽ in republica ꝑtes alicuius magistratus nõ exercẽt. Quod, Vlpianus probat sub, titulo de regulis iuris. Fœminæ ab oibus officijs ciuilibus uel publicis remotæ sunt. & ideo nec

iudices esse possunt, nec magistratus gerere, nec postulare, nec pro alio interuenire, nec curatores existere. Quare non tantum ab republica abesse, sed etiam actione populari uti, non debēt. Pupilli uero ob ætatem immoderatam, & ingenij sui imbecillitatem, ut non gerit ciuiles magistratus, ita ei actio hæc popularis noncōceditur, Ait enim Vlpianus, itē impubes omnibus officijs ciuilibus debet abstinere. Sanè tamen in utrisque intelligendum, quoties sua non interest. Nam si sua intersit, non ab hoc iudicij priuilegio excludetur. Quemadmodum Marcellus de accusationibus & inscriptionibus ait, Hi tamen omnes si suam iniuriā exequantur in mortem ue, propinquorū defendant, ab accusatione non excludentur. Proinde & pupilli sui tutoris authoritate & fœminæ, modo ad eorum emolumentum pertineat, licet lex hæc uideatur prohibere, non tamen hoc beneficio abstinebunt. Nam (ut putem) id constitutum tantum apparet, ne rebus publicis tales personæ se immiscerent, quod id muneris eas non deceat, ut huiusmodi actionem intenderent. Quæ si aliqua ex parte priuata dici possit, tamen ob totius populi utilitatem lata est, qua suum ius tutaretur. Cæterum, ut in summa dicamus, satis erit quid pupillus sit in præsentiarū definire. Ait Pomponius eum esse, qui cum impubes est desijt in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione. Sed Alciatus scribit pupillum diminutiuam uocē esse a pupo, quæ dictio puerum significat, quem Catulus poeta etiam pupillum dixit. Vnde ex etymo qui in patris potestate est, pupillus dici potest. Idem testatur Caius in capite finali sub titulo de uerborū significatione. Pupillus licet ex quo fari cœperit, recte stipulari poterit, tamen si in patris potestate est, ne authore quidem patre obligatur. Sed hæc hactenus.

Populares actiones non tranſeunt ad eum, cui reſtitutaeſt hæreditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto.

INTERPRETATIO.

NEro Claudij pronepos, & adoptiuus filius, annos decem & ſeptem agens, imperium inuaſit Anneo Senecę in diſciplina traditus, eum ad necem deinde compulit. Cuius temporibus ſenatuſcõſultum trebellianum factum eſt octauo calendas Septembris Anneo, Seneca & Trebellio (a quo Trebellianum dictum eſt) conſulibus. His uerbis: Cum eſſet æquiſſimum, in omnibus fidei commiſſarijs hæreditatibus, ſi qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos ſubire, in quos ius fructuſque transferetur, potiuſque cuique periculoſam eſſe fidem ſuam: Placuit actiones quæ in hæredes, hæredibuſq; dari ſolent, eas neque in eos, neque ijs dari, qui fidei ſuæ commiſſum (ſicuti rogati eſſent) reſtituiſſent, ſed ijs, & in eos quibus ex teſtamento fidei commiſſum reſtitutum fuiſſet: quo magis in reliquum confirmarentur ſupremæ defunctorum uoluntates, cenſuerunt. Quod autem inter alia locum habet, cum quis ex teſtamento hæreditatem, uel dodrantem reſtituere rogatur. Tum certe tam ex fructibus, quam rebus hæreditatis principalibus quarta pars remanet. Exceptis liberis primi gradus, quibus fructus non computari in quarta, ſed pro competenti portione indubitati iuris eſt, ait Placentinus de ſenatuſconſultis libro quinto. His igitur poſitis nunc ad legem hanc ſeptimam tranſeamus. Quæ in ſumma hunc ſenſum nobis proponit. Is quidem, cui eſt reſtituſta hæreditas fidei cõmiſſaria per ſenatuſconſultum trebellianum, actione populari nõ aget. Huius enim ſententiæ Paulus iuriſconſultus dat rationem. Cuius uerba ſunt. Reſtituta hæreditate iura ſepulchrorum apud hæredem remanent. Deinde, ut

etiã uebis seruiamus,qd uerbũ restituere sit nobis dĩcẽdũ est. Caius lib. quarto in capite, plus est, de rerũ & uerborꝝ significatione definit. Restituere est etiã possessorẽ facere fructusq́ꝫ reddere, pleraqꝫ ꝑterea uerbo restitutionis cõtinẽtur. Nã (ait Alciatus) nõ solũ fructus cõtinẽtur, sed etiã caussa usucapionis, habetqꝫ ex iuris interpꝛatione hęc uox amplã significationẽ. Ideõqꝫ intˀ alias significationes huius uerbi scribit, restituitur (quod ad rẽ nostrã facit) ex Senatuscõsulto Trebellia no hæreditas.

Paragraphus.

Item qui habet has actiones, non intelligitur esse locupletior.

Interpretatio.

VErsus iste ut breuis ita elegãs & utilis. Quẽ sic intelligamus in actione, qua iniuriã publicam uel aliquid iuris populi prosequimur. Nã ante litẽ cõtestatã locupletiores nõ sumus, nec (ut testatur Alciatus) fideiussor nobis obligatˀ. Sed si principaliter aliquis sit lęsus, quia uiolatũ eius sepulchrũ, uidetˀ etiã ante litis cõtestationẽ creditoris loco esse. Quapropt & nemo admittitur si ipse agere uelit, ait Vlpianus in capite tertio de sepulchro uiolato pætor ait. Cuius dolo malo sepulchrũ uiolatũ esse dicetur, in eũ in factum iudiciũ dabo, ut ei ad quẽ ꝑtineat, quãti ad eã rẽ ęquũ esse uidebitur, cõdemnetˀ. Si nemo erit, ad quẽ ꝑtineat siue agere nolet quicũqꝫ agere uolet, ei centũ aureorũ actionẽ dabo, Hic tamẽ accipere nõ debemus locupletiorẽ pro eo qui satis & idonee habet, pro magnitudine rei, quã actor restituendã esse petit, Sed nihil facultates nostras hac actione auctiones fieri ante litis cõtestationem sentit Paulus iuriscõsultus huius legis author.

Lex octaua Vlpianus.

Omnes populares actiones neqꝫ in hæredes dantˀ, neqꝫ supra annũ extendũtur.

Interpretatio.

LEx octaua & huius tituli ultima nobis sententias duas proponit. Vna quid est, quę docet, quo modo in hæredes sit agẽdũ. Altera uero harũ

actionũ populariũ tẽpus definit, ne deinceps in ppetuũ dari posse dubitemus. Illa autẽ hoc nitit̃ psuadere, ne omnes actiones populares in hęredes dent̃. Nã certũ est, alteras capitales esse, & pœnales, ex qbus pœna & mors, aut exiliũ est. Quę sanè cũ testatoris psona intereũt, nec trãseũt ad suos hęredes, nisi facti locupletio- uideant̃. Nã publica accusatio reo uel rea ãte defunctis perimit̃, (ut ait ulpianus sub titulo de publicis iudicijs) Alteras uero ciuiles & pecuniarias, q̃ aliquando tales sũt, ut teneãtur hęredes. Quẽadmodũ esset de eo q terminos agrorũ publicorũ ut suos augeret, quo hęreditas facta est pinguior, mouerit malo animo, pœna pecuniaria siue in authorẽ siue in hęredes cõstituẽda est hac actione populari. Nã (ut ait callistratus sub titulo de crimine stellionatus his uerbis) In terimos figulos quos eiecerit loco ue mouerit. L. aureos in publicũ dare iubent̃, & eius actionis petitionẽ, ei q uolet esse iubet. Sic autẽ loqui cogimur cũ hæ duę uoces, omnes neq̨, uideãt̃ potius singulas actiones, nõ autẽ uniuersas inferre. Quare alię in hęredes (ut ostẽdimus) aliæ uero. nequaquã, cõpetũt. Deinde uerba legis. In annũ, testant̃ nõ esse ppetuas, sed tẽporales. Tẽpus igit̃ recipiũt intra quod his licet agere ad quos ptinet, & quibus iure ciuili concessũ est, extra autem negatũ esse pro cõperto habetur. Hoc tamẽ non ubiq̨ uerũ. Nam interdictũ ne quid in loco publico. uel itinere fiat, non esse temporarium sciendũ est. Pertinet enim ad publicam utilitatem: condemnationemq́ ex eo faciendam esse, quãti actoris intersit, tolli quod factum est, ait Vlpianus sub eodẽ titulo libro quadragesimo tertio pandectarũ. Hęc de actionibus pupularibus exposuimus pigui (ut aiunt) minerua, ut multis ꝓdesse uideremur, nõ ut nr̃a studia, plus fuci quã ueritatis haberẽt, in lucem daremus. qbus mihi ipsi tantũ placuissem Sed cum bonis quã plurimis studeã placere. & neminẽ (ut ait Terẽtius) lędere, in his nomẽ meum profiteor. FINIS.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm